



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52

1. 6. 52

1A.6

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52


1
6
52

I

PYLADAE

Vocabularium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52

BT-1

Vocabularium Pyladae.



1. 6. 52

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52

[illegible]uum Patricium Brixianum
[illegible]um consulem æquissimum.

¶Pylades.

Scopio certa meæ: spes & tutella senectæ.
Quo Pylades saluo tristia nulla timet.
Accipe non longo digesta uocabula tractu
Verborum: & paucis multa recepta modis.
Quæ modo lecta probes: non & discenda pigebit
Dulcibus hæc natis præposuisse tuis.
Vt quibus ingenium: probitasq; paterna refulget:
Mox & in iis latium fulguret eloquium.
Hæc tamen in partem tibi: cui debere fatemur
Maxima: de loculo paupere parua damus.
Tradere quũ superum nutu maiora licebit:
Viuit in officium mens animosa suum.
At tu Brixiacæ gentis iustissime consul:
Quo mercatura est iudice lesa nihil.
Dux quoq;: & assertor nostri sis quæso libelli
Si quid in hunc morsu liuida turba paret.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52

CABACVS.



Planicies abacus ligno: uel marmore facta est.

Structuraue: habilē sessum quæ præstet: habendis.

Quæq; tabella notis fuerit numeralibus apta.

Vnde abacū dicūt numeralē sæpius artē.

CAbacus ut hermo. Barb inqt planiciē ad sessum habilem sig. factam e ligno marmore uel structura: unde & columnarum abacos: & podiorū apud Vitruuiū legimus. Et abacus pro mēsa accipitur: supra: quam uasa & pocula reponūtur Iuue. urceoli sex ornamentum abaci. Auso. Atq; abacum samio sæpe onerasse luto. Est & abacus gypso oblita tabella: in qua arithmetici numeri scribuntur Persius. Nec q abaco numeros: aut secto in puluere metas scit risisse uafer. & abacos uel abaculos & calculos etiam uocant eos: quibus in dispunctione sup putationeq; numerorū utebantur antiqui: & inde abacus ars ipsa arithmetica nuncupatur: ut idem testatur Hermolaus Barbarus in castiga. plinia.

CAbigo: Abactor: & Abactus.

CExpellens abigit: pecus & furatus abegit:

Hinc furto pecus abripiens dicetur abactor:

Inde magistratu pulsusq; uocatur abactus.

CAbigere est expellere quasi extra agere: ut abige muscas a facie: abige capras a uitibus. Inde Abacti dicuntur: qui coacti deposuerunt magistratum: & ab eo expulsi sunt: ut inqt Fest. Abigere etiam est furto tollere: & latrocinari: sed de pecuariis tantum animalibus: unde Abactores dicuntur pecuariorum animalium fures: quos Vlpianus & alii abigeos uocant.

CAbyssus: & Byssus.

Immensus gurges tibi: sitq; profundus abyssus:

Quodq; ingens Hecates templum concluserat aurum.

Coccus erit byssus: lini genus: est quoq; gurges.

CAbyssus aquarum est ingēs multitudo: & ꝓfunditas: dictus ab a particula: quæ iterdum priuat: interdum auget: ut hic abyssus quod gurgitem seu ꝓfundum sig. apud grecos. Abyssus etiam erat templum ꝓserpine multum auri habens omni tpe custoditi intacti ut inquit Suidas auctor græcus Byssus uero & coccum granum sig. ex quo fit color purpureus: & gurgitem seu profundum ut dictum est. Et est etiam genus lini: ut est apud græcos in magno etymologico

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52

¶Abolla.

¶Millitis: & grauium sit uestis abolla uirorum.

¶Abolla uestẽ militarẽ signi. ut inqt No. de q̃ Varro sic ait. toga tracta est: & abolla data est ad turbã secũda militia. Signi. ẽt uestẽ grauiorꝫ ac magnorꝫ uirorꝫ. Iu. atq; audi facin⁹ maioris abollæ. Idẽ Rapta ꝑperabat abolla pegasus

¶Absonum: & Absurdum.

¶Absona sunt priuata sono: discordia recto:
Que non conueniunt: aut quæ prolata repugnant.
Absurdum & discors: stultumq; uocare licebit.

¶Absonum dicitur sono priuatum uel parui aut nullius soni. Ci. in Oratore: sed sunt qdam aut lingua ita hæsitãtes: aut ita uoce absoni. Absonum etiam dicit᷑ discors & incõueniẽs: uel repugnans quasi sine sono uel a sono alienum: hoc est nõ consonũ. Hor. Si dicentis erunt fortunis absona uerba. Absurdum autem est: quod & stultum est: & in ipsa stultitia diuersum: & quasi repugnans sibi: ut inquit Do. super Ter. in Adelphis: ibi inepta atq; absurda ratio.

¶Abstemius.

¶Qui non uina bibit: nobis abstemius ille est:
Quod temeto abstineat: uinum id dixere meracum.

¶Abstemi⁹ ut No. ait sig. eum q uino abstinet: ꝗ temetũ apud antiquos dicebat᷑: & ꝑcipue qd᷑ grauius erat. Lucil. sat. yi. ualua sororẽ lanificã dici siccã: atq; abstemiã ubi audit. Varro de uita patrũ quãtope abstẽias mulieres uoluerũt eẽ uel ex uno uideri ꝑt. Hor. Si forte in medio positorꝫ abstẽi⁹ herbis uesceris &c.

¶Acer.

¶Fortis acerbus: atrox: uelox: austerus: acutus:
Prouidus est acer longans: sed acer breuis arbor.

¶Acer prima lõga fortẽ sig. Ver. aut aerẽ dubites in ꝑlia poscere Turnũ. acerbũ ut acria poma acre acetũ. atrocẽ. Verg. aut acres uenabor apros. idẽ acrẽq; Molossum pasce sero pigui. uelocẽ. Verg. Calidũq; aĩs & cursib⁹ acrẽ. Austerꝫ ut acre uinum acre iudicium. Cic. Suum igit᷑ qsq; noscat ingeniũ: acrẽse & bonorꝫ & malorꝫ suorꝫ iudicẽ præbeat. Acutum. C. Acri homo ĩgenio ꝓuidũ / seu diligẽtẽ. Ver. iã tum acer curas ueniẽtẽ extẽdit inanũ. rustic⁹. Acer aũt prima breui est arbor[illegible] gen⁹. Oui. Et platan⁹ genialis: acerq; colorib⁹ ĩpar. unde acernus nanum. Ver. ꝑcipue quum iam hic trabib⁹ cõtextus acernis, staret equus.

¶Acerra: & Acerræ.

¶Thuribulum fuerit: siue arcula thuris acerra:
Araue defunctis quia incendebantur odores.
Ver[illegible] urbs Campanæ fertur regionis acerra.

¶Acer[illegible] thuribulum sig. ut inqt Acrõ super illud Hora. Quid uelint flores:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52

acertat huris plena miratis. Festus autẽ ait: Acertam esse arculã thurariam. i. ubi thus reponebãt: uel aram que ante mortuum poni solebat: in qua odores incendebãt. Acerræ autẽ numero plurali urbs est in Campania ut ait Strabo. 3

ℂ Accessus: & accessio.

ℂ Accessus notat aduentumq; aditumq; marino.
Fœmineo genere augumentum hæc accessio præbet.

ℂ Accessus & Accessio differunt ut ait Lau. nã accessus aditiõem: atq; appropinquationem sig. & est mas. ge. & quartæ declinationis. Accessio autẽ fœmi. & tertiæ declinationis. Incremẽtum: qbus contraria sunt recessus: & remissio.

ℂ Acies.

ℂ Summum acies ferri: atq; oculi dicetur acumen:
Bello & structa cohors: q; acutis fungitur armis:
Dicta: uel a forma: qua sese extendit acuta.

ℂ Acies summũ & acumẽ dr̃ cuiusq; rei: & ob id ferri acies oculiq; acies appellant ab acuo uerbo: eo q; i utroq; acumen insit. Et acies etiã in bello instructa est cohors. cuius sunt multa uocabula ut frons subsidia cunei & c. sic appellata ab acuta sui forma: uel quia acutis telis & armis ad uulnerãdũ hostẽ utamur.

ℂ Accipio.

ℂ Accipiens tractat: capit: atq; intelligit: audit
Quæ data sunt: carpit: simul in conuiuia sumit.

ℂ Accipere sig. tractare in bonã & in malam partẽ: in bonã: ut Ci. roga ipsum quẽadmodum ego eum Arimini accepi. In malã: ut Ter. ego abste miseris sum acceptus modis: Carpere. Verg. Alii uentosis follib⁹ aures accipiũt redduntq; Intelligere. Ter. Clinia aliter de amore tuo: atq; est accipis. Apulei⁹ neq; tu ita accipis: ut res se habet Audire Ve. Accipe nunc Danaum insidias. Datum carpere. Ver. Accipe & hec manuum tibi quæ monumenta mearum sit puer. In couuiuium recipere. Illos porticibus rex accibiebat in amplis.

ℂ Accola & incola.

ℂ Accola montis erit: fluuii: campiq;: marisq;:
Qui prope forte colit: uerum incola qui colit intus.

ℂ Accola ut inquit. Lau. is dicitur: q adlocum habitat. hoc est prope uel iuxta ut accula ulturni: uesuui: campi: uel maris. Incola uero q in loco est: ut q i mõtibus urbes posit as habẽt. ii. n. incolæ mõtiũ dicunt. similiter qui habitarẽt in fluuis campis: uel mari: ut pisces aues & etiam homines incolæ eoꝝ dicerẽtur.

ℂ Actor: & Autor.

ℂ Affingens uultum: gestumq; uocabitur actor.
Conditor aut princeps dux: causaue dicitur autor.

ℂ Actor ut Lau. asserit ille orator ẽ q causam agit quiq; gestũ uultus & corpo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52

ris fingit: & sic cōmædi tragœdi: histriones: & mimi: actores dicunt̕: q i scæna agere & recitare pœmata: & fa. uult⁹ & corporis gestib⁹ cōsueuerūt. Autor p t. absq; c. scribēdum est nō ab augeo descēdens ut Lau. Plane differit. Nec ut Seruius & alii sentiūt a se nascitur: quinnimo a græco autos deducit̕ mutatio ne tantū littere. s. in. r. quod in multis fieri cōsueuit: ut inuicem altera in alterā mutet̕: ut ēt apud nos lepos & lepor. honos & honor &c. & quod dicitur apud græcos trumos: apud nos tremor. rigos: rigor: ombros imber: & multa alia huiusmodi: autos antē græce idem ē quod ipse. Quum igitur autor ut Lau. asserit factorē significet: & eum in quo ē uis: potestas & dignitas: & q princeps est & primus iubet a nullo dependens: cōueniens: & recta erit huins nominis deriuatio ab autos qđ ut dixim⁹ ipsum significat: tanq̄ is: qui autor dicatur: ipse sit ueluti princeps: & dux: & cōditor: aut causa: & nō alio depēdere: ut quum dicimus Auctor. Ver. fuit: ænei. i. cōditor. Autor belli autor pacis autor sentētie. i. princeps. dux uel causa quasi a quo primo & nō ab alio initium ceperūt.

¶ Acus & Acicula.

¶ Hic acus est minimus piscis: normæq; secundæ.
Hæc acus ex acuo quartæ: & sutoribus apta.
Et qua dicernit pexos sibi uirgo capillos.
Tum uittas: crinesq; tenens: & acicula dicta est:
Atq; acus: ut uates perhibent: acus hæc quoq; sæpe.
Instructa est bell is acies: acerisq; Acus esto:
Et generis neutri paleæ: aut purgamina grani.

¶ Acus huius aci: secunde declinationis & mas. ge. est piscis minimi genus ab acus similitudine dictus: quæ græce Gelōe appellat̕. Mart. & sati⁹ tenues ducere credis acos. de hoc Ply. sic ait. Acus siue gelone unus piscium de hiscente propter multitudinē utero parit: a partu coalescit uulnus: quod & i cæteris serpentibus tradunt. Acus autē fœ. ge. & quartæ declinatiōis ab acumine dicta quā tamē & acumen & aciam & acuere. Fectus ab acone q̄ cos. tis dicit̕ deriuari dicit. sig. instrumentū illud ferreum paruum: atq; acutum: quo sarcinatrices utuntur: & ēt instrumentū maiusculum ad eā similitudinē quo ornatrices utūtur ad dicernēdos mulierꝝ capillos. Itē acus & eius diminutiuum acicula sig. acum illā: qua mulieres utuntur ad sustinēdū uittas. & comes intortas de qua Mar. figat acus tortas sustine atq; comas. Sed & hec acus quarte decliatiōis gen⁹ est aciei in bello ut ait Fest⁹ dicta ab eo: ꝙ acumine telorū multum ualeat ad uulnerandum ac summouēdum hostem. Acus autē. n. generis & tertiæ declinationis sunt quedā paleæ de frumento ut Festus ait: & purgamenta grani.

¶ Accuso: Incuso: Recuso: Excuso.

¶ Iudicio qui te: aut aliis pecasse reuelat:
Accusat: causa & qui te quacunq; reprehendit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52

Incuso alterius mores: iniuria quodq;
Sit mihi facta quæror: renuens oblata recuso.
Ex causa trahit excusans: obiectaq; purgat:

¶ Accuso ut Lau. ait sig. ut apud iudices: uel aliū quēuis ēt apud illum ipsum quem accuses aliquem: pecasse ostendere ut autē Perotus inqt. Accusare proprie sig. in causam trahere: & ut supradictum est: & plerūq; accipitur ꝓ reprehēdere Incusare aūt ut Lau. ait est reꝑhendere mores alterius: & plerūq; cum querela ꝙ ab illo iiuria sis affectus: ut apud Ter. quid me iclusas clitipho: nec attēditur differētia ulla de maiori ad minorē uel parē uel econtrario: qa eius/modi differētiæ assertio falsa est, ut apud. Cæsa. cōmētario primo: hec cum animaduertisset Cæsar cōuocato cōcilio: omniumq; ordinum ad id cōciliū adhi/hibitis cēturionibus uehemēter eos incusauit: similiter apud Ver. ii. æne. Quē nō accusaui amens hoīumq; deumq;. sic. n. legit Lau. Recusare est renuere tractū ut Perotus ait ab iis q ad cām actitādā asciti. on⁹ reiiciunt. Excusare aūt est ut idē inqt q̄si ex cā detrahere & absoluere sig. q; ꝓprie obiectū crimē diluere

¶ Addico: & addictus.

¶ Addicens damnat: dicendoq; approbat idem:
Destinat & uendens in ementem uendita transfert:
Venditus adictus: deuotus: suppositusq; est.

¶ Addicere ut Fest. inqt dānare est: iste. n. mos fuit apud ueteres: ut quū debitores nō essent soluendo: prætoris enunciatiōe creditorib⁹ damnarentur: hoc est in solutum traderentur: itē ut idem ait. Addicere est dicēdo approbare. Addicere itē ut Ser. inqt destinare est. Ver. huic me q̄cūq; fuisset addixi. Ci. & is q mortis addictus esset paucos sibi dies cōmendandoꝝ suoꝝ causa postulabat Addicere quoq; apud iurisconsultos est per licitationē uendere: & quod in uē/ditione huiusmodi dicitur liberare. Quinti. Omnes facultates in ꝓcia collegi Rus: seruulos: & omnia utiliora properāti festinatione parētis addixi hinc addictus uēditum sig. Pli. tabulas inde oēs ex publico propter æs alienum ciuitatis addictas scauri ædilitas romam transtulit. sig. etiam deuotum seu destinatū uel obnoxium ut ait No. Ci. qui certis quibusdam destinatisq; sententiis qua/si addicti & consecrati sunt. Idem & is qui morti addictus esset &c.

¶ Admitto: amitto: Admoueo. amoueo.

¶ Admitto assumor & pecco est. mittoq; perdo.
Admouet apponens. remouens tamen amouet ipse.
D. scribas primis: sed eadem tolle secundis.

¶ Admitto cū. d. sig. assumo. Iu. Infans est admitte uiros dormitat adulter & sig. pecco. Oui. qd' tū admissum q̄ sit uindicta docebo. Terē. Hec te admittere īdigna genere nr̄o. Admitto aūt absq;. d. sig. pdo. Propter. amisit lusus delitias q; suas. Admoueo aūt cum, d. appono siue iuxta pono significat. ut Lau. ait & Luca. declarat his uersibus. Miseriq; fuit spes unica mundi posse duces parua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52

campi statiōe diremptos. Admotum damnare nefas. Amoueo autem absq; d. remoueo significat. Ter. age tamen hinc amouebo eum.

ℭAduersus: & Auersus.

ℭDicitur aduersus contrarius: oraq; monstrans.
Auersus qui se uertit: tergoq; uidetur.

ℭAduersus ut Festus ait contrarium sign. & id quod erga: hoc est qui uersus alium ora sua fert. aduersus autem qui se uertit: & quasi abominatum. Verg. Diua solo fixos oculos auersa tenebat, Ci. & aduersus & auersus. ipudicus es Similiter aduersor ut Lau. ait. idem est quod contrarius sum: ut aduersor tibi auersari autem est quotiens ab aliqua re: quam detestamur uultum auertim⁹ Oui. officioq; leuem non auersatus honorē. uel illam a nobis remouem⁹ Ver. Dii talem terris auertite pestem.

ℭAdulterium. Stuprum. Incestus.

ℭFamur adulterium: quum uir seu fœmina rumpit
Fœdera cōnubii: & uetito fœdatur amore.
In uidua stuprum, seu uirgine fertur idipsum.
In consanguineis: sacrisq; incestus habetur.
Stuprum etiam uetitum coitum complectitur omnem.

ℭAdulterium ut inqt Lau. cōmittitur in nupta similiter ait & Serui⁹. Festus autem dicit: adulteꝝ & adulterā dici: & ille ad alteram: & hæc ad alterū se. cōferat. unde nos recte dicimus adulterū uocari: quum uir uel uxor rumpit fœdera cōnubii: & fœdatur amore alieno & illicito. Stuprum autē ut Lau tradit in uidua: aut uirgine cōmittitur. At incessus cōmittit cum consanguineis aut sanctimonialibus: q̄q̄ & lege Iulia: & maioꝝ fere auctoritate stuprum cōplectatur oēm illicitum coitum: & tam in maioribus: q̄ in cōsanguineis & ceteris Suetonius in Tiberio. Captus facie ministri acerrā pferētis: neqssime ābstinere: quin ibidem seductū statim cōstrupraret. Idē in Caligula. Cū oib⁹ sororib⁹ suis stupri cūsuetudinem fecit. Vnde ut festus. ait stuprum pro turpitudine antiqui dixerunt: unde est in carmine: fœde stupræq; castigor quotidie.

ℭAditum: & additus.

ℭHoc adytum templi locus est secretior. y. q;
Græca tenet mediam: quasi quo non ire licebat.
Vox aditus nostra: accessum tibi significabit.

ℭAdytum per y ut inquit. Ser. locus est tēpli secretior ad quem nulli est adit⁹ nisi sacerdoti: & est uocabulum græcum dictū ab a priuatiua particula: & dyo ingredior. Ver. hisq; adytis hæc tristia dicta reportat. Aditus autem latinum nomen est mas. ge. & quartæ declinationis: accessumq; sig: ab adeo is: quod est accedo. Ver. Lustrat equo muros: aditumq; per auia quærit.

ℭAedis: uel ædes in singulari: & edes in plurali.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52

¶ Hæc ædes: ædis ue sonat templum: atq; sepulcrum.
Hæ domus una ædes: pluresue: ac templa feruntur.

¶ Aedis uel ædes. g. f. ntõ singulari tẽplũ sig. Oui. quũ steterit Iouis æde: Io/uis succurret ĩ æde: & sig. ẽt sepulchrũ. Ver. est mihi marmorea sacrat⁹ in æde syche⁹ ædes aũt ĩ plurali domũ priuatã sig. unã uel plures uel tẽpla ut Lau. ait.

¶ Aeger: ægrotus: languens.

¶ Corpore siue animo est: æger: sed corpore tantum
Aegrotus: languens: quem torpor: & occia soluunt.

¶ Aeger & ægrot⁹ differũt: qa æger & aĩo & corpore dr̃ ut inqt Ser. Ver. Esto ægrã nulli quõdã flexere mariti. Oui. ĩ tristi. Aeger in extremis ignoti partib⁹ orbis. Incertusq; meæ penæ salutis erã. Aegrot⁹ aũt corpore dr̃. Ci. in tus. sed ꝓprie ut egrotatio ĩ corpore: sic ægritudo in aĩo est. Languẽs aũt is est q corpe & inertia detinetur. Idẽ est lãguidus: & abstractum inde substãtiuũ languor. Ci. offi. primo. Nihil autem magis cauendum est senectuti: q̃ ne langori se de/sidiæq; dedat. Ver. x. Qualem uirgineo demensum pollice florem: seu mollis uiolæ seu languẽtis hyacinthi. Hor. uisendus acer flumine languido Cocitus.

¶ Aerugo: & Ferrugo.

¶ Aerugo est aeris scabies. Ferrugoq; ferri.

¶ Aerugo aeris scabiem siue rubiginem sig. ferrugo autem ferri ut Perot⁹ inquit q̃q̃ inter rubiginem & æruginem non nihil distet: ut idem asserit: quando qdẽ rubigo in metallis situ quodã cõtrahitur arida & rubra: metallum paula/tim absumens: qualẽ in ferro uidemus: dicta rubigo a rubo colore: ærugo uero est quæ in metallis ex humore cõtrahitur nõ ruffa: & sicca sed uiridis atq; humida dicta ab aere ꝗ proprie ætis sit erugo: ut ferri ferrugo.

¶ Aestus.

¶ Solis & æstiui feruor sit temporis æstus:
Impetus atq; maris: fluctu quum littora pulsat.

¶ Aestus ꝓprie calor est solis & flagrantia æstiui tp̃is Ver. æstib⁹ in mediis umbrosam exqrere uallẽ: & fluctuationẽ atq; ipetum maris si. ꝗ feruore quodã id fieri uideatur. Plau. Quo magis te in altũ capessis: æstus te in portum referet

¶ Aetates in hominibus quinq;.

¶ Quinq; hominum ætates: Infans: Puer: atq; adolescens
Tres faciunt: Iuuenes quartam: Quintam seniores.

¶ Quinq; hominum. quinq; sunt ætates hominũ ut in uersu patet. secũdum Varronem. Infantia uidelicet. Pueritia. Adolescentiæ: Iuuenta & senecta.

¶ Aeternum: & Perpetuum.

¶ Aeternum sine principio. & sine fine tulerunt.
Perpetuum cœptum quandoq;: at fine carentem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52

¶ Aeternum. Aeternus dicitur qui sine principio est: & absq; ullo fine ut de⁹ perpetuus autē dicitur: qui principium quidem accepit: sed nullum est finē habiturus ut anima: & propter hoc quum beneficium ab aliquo accipimus dicimus nos perpetuo memores fore: non autem æterne: & quodcūq; bonū a nobis factum perpetuum est futurum: non autem æternum.

¶ Affines. Agnati. & Cognati.

¶ Affines aiunt: qui fine tenentur eodem:
Sic & agri affines: dominiq; feruntur agrorum
Coniugis atq; uiri sed & hec ratione propinquos
Dicimus affines: agnatos iura paterni
Sanguinis at matris Cognatos iura dederunt.
Includit tamen Agnatos Cognatio sæpe.

¶ Agaso. Mulio. Opilio. Bubulcus. Subulcus: Aepolus.

¶ Non asinos tantum: sed equos quoq; ducit agaso.
Mulio mulorum est ouium opilioq; sit actor.
Duxq; bubulcus erit bobus Suibusq; subulcus
Aepolus a græcis: nobis Caprarius esto.

¶ Agaso eum quoq; sig. q equos ducit. Pli. Athenis in una tabula qua maxie inclaruit: agasonem cum equo pinxit &c. Plau in mercatore. Ego met mihi comes clauator: equus: agaso armiger. Hor. ut modo si patinam pede lapsus frāgat agaso: ubi pro seruo rudi agasonem accepit.

¶ Ager: & Agger.

¶ Est ager hic primaq; breui: quem uertis aratro.
Quæ regio & monti: fluuio aut circumiacet urbi:
Vt Romanus ager: uel Beticus atq; Phalernus:
G. duplici in uallum tellus aggresta sit agger:
In medioq; uiæ quem præbet terra tumorem.

¶ Ager mas. g. & prima breui locus est in rure: quem colimus siue aramus & serim⁹. Ver. Sepe etiam steriles incendere profuit agros. Syl. vii. latos correpta per agros. Armēta assueto belli de more sequuntur. Ager etiā significat territorium quod urbi: monti: aut fluuio circumpositum est. ut ager Roman⁹ ager Beticus uel padanus. ager Phalernns. albanus. Matinus. Agger uero generis neutri & duplici gg scriptum sig. coaceruationē terræ & cuiuslibet rei: in formam ualli. Luc. denso sese aggere firmāt. Ver. aggeribus murorum. Item sig. eminentiam mediæ uiæ exaggeratis lapidibus stratam Ver. Qualis sæpæ uiæ deprehensus in aggere serpens.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52

¶Agmen.

¶Agmen agatq; se: multorum est unio facta.
Seq; mouens proprius aut uiribus: aut alienis.

¶Agmen est unio multorum siue uiuentium siue nō quæ tamē mouētur aut suis aut alienis uirib⁹ Ver. Illi agmine facto laochoonta petunt. i. unione facta. Idē agmie remorum celeri. Idē uocat agmina Turnus. Et uocat agmina seua sororum.

¶Ago.

¶Quisquis agit: dicit: tractat pronunciat: efflat:
Cogitat: insequitur: iurgat: ducit: facit: aufert:
Extendit: trahit effingit: redditq;: fugatq;.

¶Agere sig. dicere. Ter. est ne ille de quo agebam. Tractare Mar. Semp agis causas: & res agis Attale semp. Ci. id nūc cum hoste agam⁹: ut induciæ fiant. Pronunciare: unde actio dicitur oratio habita: uel ēt scripta. Efflare uel expirare Celius ad Ciceronē Hortensius quam has scripsi animā agebat. Cogitare. Verg. Id quidem ago & tacitus licida mecum ipse uoluto. Insequi Ver. quā ꝓcul incautā nemora inter Cresia fixit pastor agēs telis. Iurgare uel litigare. Ci. perinde ac si furti cum eo egisset. Ducere Seneca. ut qui tamen regis armenta agebat. Varro. Non hos Pactolus aureas undes agens eripiet unquam e miseriis. Facere Ver. his actis propere exequitur precepta sibillæ Auferre ut Ter. quo hinc te agis. Extēdere uel porrigere. Ci. uera gloria radices agit: atq; etiā propagatur. Trahere, Apuleius. Tot simul casus diuersum eum agebāt. Effingere ut ego ago stultum. i. fingo mē stultū siue represento stultum. unde actores qui uultum gestumq; effingunt diuersorum hominum in scænia: reddere. ut agere gratias fugare ut Ver. & membris agitata uenena.

¶Ala: Halis: Ales.

¶Ala extollit aues: equitum simul ordo feretur.
Ala atq; axilla est: ubi brachia iuncta uidemus.
Cappadocum sed flumen halis: uolucrisq; sit ales:
Quodq; parem uolucri celerem dat in aere motum.

¶Ala est qua aues in altum tolluntur. Ver. ut reduces illi ludunt stridentibus alis. Et ad illarum similitudinem. Alæ in exercitu dicūtur ordines: qui circa legionem dextra atq; sinistra tanq̄ alæ in auium corporibus locātur. Syl. vii. Eoa timidus pharetrati militis ala gens cadmi eleades: Ala etiā: & Axilla ei⁹ diminutiuum significat eam corporis partē: ubi oriuntur brachia. Horatius polyppus aut grauis hirsutis cubat hircus in alis. Halis autem fluui⁹ est cappadociē ī radicibus tauri montis nascens: lydiam a persis diuidens: & in Euxinum fluens Ales autem significat. Verg. in moreto. Excubitorq; diē cātu prædixerat ales Ouidius. psitacus eois ales mihi missus ab indis: & ales significat celerē: quasi motum aui similem per aerem facientem: unde dicimus alite plumbo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52

¶ Alga. Vlua.

¶ Vlgā uenit pelago: ſed naſcitur Vluā palude.

¶ Algor.

¶ Triſtitiam frigusq; algor notat: atq; dolorem.

¶ Algor græce to algos dicitur: & ſignificat frigus: triſtitiam & dolorem.

¶ Alo is: & Halo as.

¶ Paſcit alo aut nutrit: ſed ſpiritus exit ab halo.
Huic longa & denſa eſt: breuis illi exilis & alpha:
Tertiaq; inclinat primum: ſed prima ſecundum.

¶ Almus.

¶ Almum Feſtus ait: pulchrum: ſanctumq;: & alentem.

¶ Altare. Ara. & Hara.

¶ Sunt ſuperis tantum conſtructa altaria diuis.
Infernis: ſuperiſq; aræ de more dicantur.
Aſt hara contineat breuis: aſpirataq; porcos.

¶ Alter.

¶ Eſt alius: ſed erit quandoq; ſecundus & alter.
Vnus & alter erit lauo ſermone duorum.

¶ Alter aliū ſig. Platus in perſa. Dii immortales nullus leno te alter erit opulentior. Pli. tabulas plures pinxit: e qbus unā in foro alterā in comitiis: duas in pompei porticibus uidemus, Alter ſig. ſcd'm Ver. Tu nūc eris alter ab illo: ſed ꝓprie alter unum de duobus ſig. ut Hānibal i trāſitu alpiū amiſit alterū oculū

¶ Altilis.

¶ Altile dixerunt: quod factum eſt pingue: ab alendo.
Anſer uti: & cortis uolucres: ſus: taurus: aperq;.
Hinc opulenta ſolet dos altilis eſſe uocata.

¶ Altile pingue ſignifcare dicit. Nonius ab alendo. Lau. uero altilē autē quadrupedem piſcem dixit qui ſagina altus fit atq; ſaginatus: ſed opulentum ait No. Altile eē. Plau. iciſtellaria ꝓhibet diuitiis maximis dote altili atq; optima.

¶ Altus.

¶ Altus & aerium pariter dabit: atq; profundum.

¶ Alumnus.

Nutritum appellant: uel eum qui nutrit Alumnum.

¶ Alūnus ut No. inqt is apellatur q ab aliquo ē nutritus. Ci. Italia aūt alumnum ſuū ſeruitutis extremo ſummoq; ſupplicio fixū uidere. Varro. Et ecce de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52

improuiſo ad nos accedit cana ueritas atticæ philoſophiæ ...
pro eo q alit uel nutrit accipitur. Martianus ut cygnos ad alumna ſtagna reuolantes uidemus. Syl. ſed lumen alumnæ hānibalē libiæ pelli florētib' annis uita atq; extingui primordia tanta negabam. Augu. vii. de ciuita. Dei ex Varro. & aliorum opinione etiam iouem appellatum ait alumnum q alerer omnia.

¶ Ambitus: Ambitus: & Ambitio.

¶ Vrbis circuitus domum: terræ ambitus hic eſt:
Equum muneribus precibuſq; petuntur honores.
Ambitus ſeptus: ſiue exoratus habetur.
Protrahis hic mediam: nomenq; eſt mobile. at illic
Corripis: & fixum eſt: rurſum tamen ambitus actu:
Ambitioq; animo ſtudium dicetur honoris.

¶ Amentum & amento as.

¶ Amentum cuiuſq; rei dic eſſe ligamen.
Amento hinc uerbum: ſunt hammata uincula græcis:

¶ Amentum ſig. omne ligamē: nam græcæ hāmata ligamenta ſignificāt. Pli. Sedes. n. huic poſita: ſoleiſq; ſine amento in ſignis in Metelli publica porticu. inde etiam capitur pro uinculo quo iaculum mittitur. Syl. ix. & uelut amento contorta haſtilia turbo adiuuat: & inde uerbum amento as. Luc. v. Quum iaculum parua lybis amentauit habena.

¶ Amita & Matertera.

¶ Dicta patris ſoror hæc amita eſt: & Matertera matris.

¶ Amita dicitur mihi patris mei ſoror: q̄ſi a me tertia: quaſi a patre amata ſit nam plus ſorores a fratribus: q̄ fratres diligi ſolent propter diſſimilitudinē perſonarum: in quibus minus eſt emulationis. Matertera autem matris meæ ſoror. quaſi mater altera: ita Feſtus utrunq; uocabulum exponit:

¶ Amitini: Patrueles: Conſobrini: Sobrini.

¶ Hinc fratre exortos: atq; inde ſorore amitinos
Dicimus: a patruis patrueles ſcito creati:
Sed conſobrinos dixere ſororibus ortos:
Sobrinos genitos iuris ſcripſere periti.
E conſobrinis: patruelibus: atq; amitinis.

¶ Amor qualis pingendus eſt.

¶ Cecus amor tibi ſit pigendus: & aliger atq;
Nudus: & ad faciem pueri: pharetraq; ſuperbus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52

¶Annales: Historiæ & Diaria:

¶Annales anni breuiter cuiuslibet acta:
Historiæ gestas longo res ordine pandunt:
Consilia: atq; acies: orata: situsq; locorum.
Perq; dies omnes confecta Diaria monstrant:
Græcus ephemerides: chronicasq; hæc sermo uocauit.

¶Annales & historie inter se differunt: ut i uersib⁹ apparet ex Augu. sentētia Diaria autem que græce. Ephemerides appellantur: eos libros significant: in quibus continentur ea: que fiunt per singulos dies: ea etiam cronice dicuntur.

¶Anceps.

¶Scito anceps dubium: duplex: utrinq; & acutum.

¶Anceps dubiū sig. ut iqt. No. Verg. x. Anceps pugna diu. Significat duplex Varro de uita patrū. ut ācipiti urgeret̃ bello: & sig. acutū ex utraq; pte. lucillus uecte atq; ancipiti ferro effringā cardines. Verg. Sed ferro ancipiū decernunt.

¶Ancyle.

¶Et breue dixerunt scutum: atq; ancyle rotundum:
Quod sub rege Nume summo defluxit olimpo:
Huic quoq; pluralis generans exit in orum.

¶Ancyle scutum quoddam fuit rotundum: & breue: quod e cælo cecidit sub Numa rege: portēdēs ibi futurum imperium: ubi id esset: pro scuto postea simplciter accipitur. Verg. Leuaq; ancyle gerebat. Reperitur genitiuus pluralis ancilorum: ut ait Macrob. & legitur apud Hora.

¶Angina.

¶Angina est morbus: fauces sic dicta q angat.

¶Angina ab ango dicta morb⁹ est faucium: quam uulgo squilentiam uocant: cui⁹ tamē diuersæ species sunt: ut Cor. celsus & alii de medicina tractātes asse/runt. Plau. uellem me in anginam uerti: ut huic aniculæ fauces precuparem.

¶Anguis: Hydrus: Coluber:
Draco: Serpens.

¶Anguis & hidrus aquam. Coluber nemorem colit umbras:
Sed templa ingenti uisu Dracone seruat: & aurum.
Qua serpit terram Serpens habitare feretur.

¶Anima: animus.

¶Spiritus est ille quo uiuimus: est aqua: uentus.
Halitus oris: odor rerum: aer: ire sonusq;:
Sæpe homines animas etiam dixere poetæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52

Ventus item est animus: sæpe ira est: sæpe uoluntas.
Hoc distant: sapimus nanqȝ hec: sed uiuimus illa.

Anima est spũs ille: quo uiuim⁹ ut ait. No. aius autẽ quo sapimus: ut inferius in ultimo uersu huius diferẽtiæ. Verg. aiasqȝ in uulnere ponũt. Item anima aquã sign. Plau. Ni ego illi puteosi occepio aiam oẽm inter traxero. Significat uentũ. Vergi. Quãtũ ignes aiæqȝ ualẽt. Plau. ne qd aiæ emittat dormiẽs. Hor. Impellunt aiæ lintea thraciæ. Significat halitũ oris. Verg. Alas: & olentia me diora fouent illa Plaut⁹: An ferat aia uxoris tuæ. Odorẽ reꝝ. Titinius. Interea fetida aia rasum oppugnat. Aerem. Verg. Nãqȝ cauebat. uti magnum ꝑ inane coacta semina terrarumqȝ aiæqȝ marisqȝ fuissent. Irã Plautus aiam cõprime. Sonum. Ver. & phrygias audite animas. Interdũ hoĩum significat. Ver. ite ait egregias aias: quæ sanguie nobis hanc patriã perpetere suo. Aius uẽtum signi. Ver. mollitqȝ aios: & tẽperat iras. Et significat irã. Ver. pone aïos: & pulsus abi Idem. iiii. æne. Ire iteꝝ in lachrimis iteꝝ tentare peccando Cogitur: & supple animus sumittere amori. Et uoluntatem. Teren. mala mens: malus animus.

Antiquum.

Antiquum uetus: & carum: uel nobile dicunt.

Antiquus significat ueterem. ut No. inquit. Ver. Antiquasqȝ domos auiũ. sig. earum ut Seruius ait Salu. in Iugur. Tantum antiquitas curæqȝ maioribus pro italica gente fuit Ci. ad herẽnium Salus antiquior militum: quam impedimentoꝝ: significat nobilem: uenerabilem. Verg. Terra antiqua potens &c.

Aranea.

Suspendit tenues qui uermis Aranea casses.
Fertur arachne etiam: uel aragne & araneus idem:

Arceo: Aberceo: Exerceo.

Arcet qui remouet: sed idem quoqȝ signat Abercet:
Continet ille arcens simul ille cohercet.
Exercet colit: insequitur: mouet atqȝ fatigat.

Arcere est remouere. Ver. hostesqȝ a manibus arcẽt: & idẽ sig. abercere. Pla. atqȝ eã abercet domo. Itẽ arcere est cõtinere ut Fest⁹ ait. unde arcus in edificiis. Itẽ coercere siue arctare. Neui⁹ Arguit linguã in palatam. cepit labia sugere. quod nonius allegat. Exercere autẽ est laborare seu colere. Ver. Exercetqȝ frequens tellurẽ atqȝ ĩperat aruis. Inseq idẽ Tum uos o Tyrii stirpẽ & gen⁹ omne futurum exercere odis. monere uel agitare. Ci. exercenda etiam est facilitas & altitudo animi fatigare. Terẽ. ego te exercebo hodie: & dignus es silicernium.

Arcus: uel arquus.

Arcus celorum est: fornix: & circulus arcus.
Iris item est Arcus: potest &. c. scribere: uel. q.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52

¶ Argutus.

¶ Argutum resonans: breue falsum dic uel acutum.

¶ Argutus sig. resonantem uel canorum, Vergi. Forte sub arguta consederat ilice daphnis. breue uel exile. Idem illi ardua ceruix argutumq; caput. Salsum uel acutum ac cum lepore quidam dicentem facientem ue quæ cupit unde argutiæ malitiose dicta: uel facta significant.

¶ Arista.

¶ Quod spicæ arescat pars summa: uocatur Arista.

¶ Aries.

¶ Vir pecudum est aries: pugnandi machina: Sydus.

¶ Arma.

¶ Sunt cuiusq; artis Arma instrumenta uocanda.

¶ Armentum: Grex.

¶ De magno armentum pecore est: Grex omnia claudit.

¶ Armentum proprie cōgregatio est maiorum animalium. Sylius. vii. Latos correpta per agros armenta assueto belli de more sequūtur. Vir. hec satis armētis superat pars altera curæ lanigeros agitare greges. Grex autem ut Seruius ait cōgregationem omnium animaliū significat siue maiorum siue minorum. Verg. De grege nō ausim quicquā. d. t. Ci. in his bonis gregibus omnes aleatores: omnes impuri: impudiciq; uariantur, Ter. atq; hic hercle grege illorum est.

¶ Arundo: Hirudo: Hirundo.

¶ Motat hirundo caput: nat hirudo: uolabit hirundo.

¶ As & partes eius.

¶ Ex ærea tractum: libra uel pondere constat.
Vncia bissena est: pondus seu libta feratur.
Sestans pars assis: quod sextans sit uncia duplex.
Tres capiet Quadrans: quoniam pars quarta sit assis.
Tertia quodq; triens: mihi quattuor ordine signat.
Quinq; dabit quincunx quod quina sit uncia dictum.
Sex semis: tanquam Semias. Septenaq; Septunx:
Vncia quod tribuit septem prebebit. At octo
Bes bessis: seu Des: dempto uelut inde Triente.
Datq;: nouem Dodrans: quod quadrans demitur illi.
Bis quinum dextans: dempto sextante uocatum.
Sitq; undena Denunx: quod ab asse est uncia dempta.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52

¶ As ut patet in littera libram significat seu pondus: quod qdem est unciarum xii. ut inquit Varro ex cuius sententia quæcunq; in littera cõtinetur. scripta sunt hoc est Sextãtẽ duas uncias significare: & dictum ab eo: q̄ sit sexta pars assis. Quadrãtẽ tres uncias: quia sit quarta pars assis. Triẽtem quattuor uncias: qa sit tertia pars assis. Quincuncem quinq; uncias: dictum a quinq; & uncias: Et aduertendũ est in nt̃o dici qncunx p:x: & nõ p s: ut imperiti dicũt: nam si per. s. scriberet᷑ non qncuncis: sed qcuntis faceret in gt̃õ. sicut & deunx. cis p. x: scri/bendum est: & nõ p s. Semis mas. ge. est: & facit i gt̃õ semissis: ut in carmine nr̃o scholastico dicim⁹: & significat sex uncias quasi semias. i. medius as unde ibi di/xim⁹. Semissis semis mediũ quũ denotat assem. Sẽptunx septunci⁹. vii. uncias si/gnificat compositum a septẽ: & uncia q̄si septem uncie: Bes uel bessis uel Des sic enim: Varro & alii tripliciter appellant: significat octo uncias: dictũ ex eo q̄ dẽptus ab eo: si triẽs: uel q̄ bis sit triẽs: quãuis ut Festus ait: fiat dura cõpositio. Dodrans. tis. nouẽ oncias significat: dictum quasi dempto quadrãte. Dextãs de/cem uncias significat: quasi dempta se: tãte. Deunx. cis. antẽ. xi. uncias signifi/cat: q̄si dempta uncia ab esse quẽ diximus in principio. xii. uncias significãre.

¶ Ascendentium & Descendentium nomina.

¶ Ascendens genus hinc capito pater ordine primus:
Inde aus est: proauusq; : abauusq; : atauusq; sequuntur:
Tum Tritauus: reliquos maiorum nomine dicunt.
Descedente gradu ubi filius est: neposq;.
Et pronepos subit: absubit atq; nepos trineposq;.
Dicta fuit post hos: sed cætera turba minores.

¶ Assiduus.

¶ Dic ex assideo assiduum: intentum: adq; frequentem.
Ex asse & dando assiduum quoq; dic locupletem.

¶ Assiduus frequentem & intentum significat. ab assideo. es quia ut Festus in quit in ea re quam frequemter quis agit quasi consedisse uideatur. assiduus etiã ut inquit locupletem significat quasi multorum assium hominem: uel ab asse & dando: is appellatus est: qui sumptu proprio militabat.

¶ Aura.

¶ Splendorem: & uentum: simul & notat aura fauorem.

¶ Aura splẽdorem significat. Verg.. discolor unde aurei per ramos aure refulsit Ventum idem dulcis compositis spirabat crinibus aura. Fauorẽ. Idem nunc quo q; iam nimium gaudens popularibus auris.

¶ Auris Auricula.

¶ Audimus capitis qua parte: ea dicta sit auris.
Auriculamq; auris partem dic exteriorem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52

¶ Auris proprie significat eam partem capitis: qua audimus: Vergili. uocemq; his hauribus hausi. Auricula autem significat exteriorem partem auris: hoc est Cartilaginem illam quæ est circum circa foramen illud: quo audimus. nam male dictum illud est: aures esse hominum tantum: auriculas uero reliquorum. Plau. in Asinaria loquente Leonida adolescente ad Philenium sic ait. De igitur metu/um esse passerculum: gallinam: coturnicem. prehende auriculas: compara label/la cum labellis.

¶ Auritus.

¶ Auritus facili auditu fit: & auribus amplis.

¶ Auritus qui facili auditu est. Hor. Et auritas fidibus canoris ducere quercus Et qui magnas aures habet Ver. Auritosq; sequi lepores.

¶ Ausper & pronuba,

¶ Parte uiri auspicium capiens ut prefuit auspex.
Pronuba connubiis pro coniuge præfuit olim:
Dux quoq; militiæ proprie appellabitur auspex.

¶ Auspex ut inquit: Lau. is erāt: qui præerat nuptiis celebrandis: qui auspicit pro nuptiis capere solebat: adhibebaturq; hic pro parte uiri. Pronuba quæ præest ipsa nuptiis celebrandis pro uxore. Et ut idem Laur. inquit Interdum Au/spex magis proprie sumitur: pro eo: qui dux militie est ut Horatius. Nil despe/randum est teucro duce: & auspice teucro.

¶ Axis & poliduo.

¶ Axis longa polo sit linea ducta ab utroq;:
Dic lignum hic: id quod circum rota uertitur: axem:
Dic cœlum: & partem borelem sæpe uocari.
Bina poli existunt claudentia puncta sed axem.
Arcticus alta petit polus: atq; antracticus ima.
Pro cœloq; Polos usurpauere poetæ.

¶ Axis ut Tort. scribit linea longa est ab uno ad alterum polum ducta: ad cu/ius similitudinem dicitur etiam axis stipes teres: circa quem rota uertitur qd' & Festus asserit. axis etiam pro toto cœlo capitur. Ver. axem humero torqnet. In terdum pro boreali seu septentrionali parte. Ouid. Quæq; Licaonio terra sub axe iacet. Idem Vita procul prima est peragenda sub axe boreo.

¶ Balbus: & Balbutire.

¶ Confusa trepidans lingua mihi balbus habetur:
Sic homines dicunt & balbutire loquentes.

¶ Balbus dicitur qui lingua confusa & trepidāti est. unde balbutire ut Nonius ait est cum quadam linguæ hesitatione & confusione trepidare.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52

¶Ballena.

¶Ballena: aur piſtrix: cetuſuæ: eſt bellua ponti.

¶Barba: Mentum.

¶Sed quo barba ſedet mentum dicetur in ore.

¶Bardus.

¶Ingenio tardum bardus: ſtultumq; notabit:
Dixerunt galli procerum ſed facta canentem.
¶Bardus: ut No.& Feſtus aiũt ꝓprie tardum igenio ſignificat: qa græciquo/
rum ea dictio eſt: bardos tardos dicũt: Et ab ea tarditate: ut Fe. inqt. bardus di/
citur ſtultus. Cicilius, Nimis audacem nimiſq; bardum barbarum. Et ut idem
ait bardus etiam galice cantor appellatur: qui uiroꝝ fortium laudes canit agẽ/
te bardorum: de quibus Lucanus. Plurima ſecuri fudiſtis carmina Bardi.

¶Barthire: & Barrhus.

¶Quum ſtrepit ore tonans: elephas barrhire putatur.
Et barrhum hunc ideo noſtri dixere latini.

¶Beatus: & Felix.

¶Nobilis & diues fertur: præcioſus abundans:
Deficiente malo: & cui ſunt bona multa beatus.
Conctorum fœlix compos uerum eſſe bonorum.
¶Beatus ut inqt Acron ſuper eo carmine, Hor. Neſcias ante generum beati
Phillidis flaue decorent parentes nobilem ſig. Beatus etiam diuitem ſig. Iuue.
uetule ueſica beatæ. & ſignificat precioſum ac perfectum. Qũintilianus. Or/
nata erat pronunciatio; cui ſuffragatur uox facilis: magna: beata: flexibilis. &
beatum eum dicunt: cui ſunt multa bona abſq; malo ullo: ut inquit. Lau. qui
rebus omnibus ad uitæ uſum: ornatumq; ſpectantibus abundat. Fœlix autem
ut idem aſſerit. Compotem omnium bonorum ſignificat.

¶Bellaria.

¶Pemmata quæ celebres: dicuntq; tragemata græci.
Omne genus menſæ bellaria dico tecundæ.
¶Bellaria ut inquit Aul. Geliusſignificat omne genus ſecundæ menſæ quæ
græci tragemata uel pommata dixerunt.

¶Bibile: Bibulum: Bibax: Biboſus.

¶Dic aptum bibile eſſe bibi: bibulumq; uocatq.
Quod bibit: exemplo tibi uinum: & ſpongia ſubſint.
Multum auido bibit ore bibax: multumq; biboſus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52

¶Bibliothecam: Bibliopola.

¶Bibliotheca notat librosq; locumq; librorum.
Sed uendens libros dicetur bibliopola.

¶Bibliotheca ut Vlpianus ait: locum significat: ubi libri tenentur: ut armarium in quo seruãtur, & etiã sig. copiam ipsam librorum: ut Ptolomeum Regem dicimus bibliothecam omnium pulcherimam cõgregasse. bibliopola uero. sig. qui uẽdit libros: totumq; græcum est sicut & bibliotheca biblion enim librum significat: & polo uendo: theca autem posito siue reposito dicitur.

¶Bractea : Lanima.

¶Argenti atq; auri tenuem mihi bractea: pellem.
Alterius ue dabit: sed lanima crassior esto.

¶Bruma: Pruma: Pruina.

¶Appellantur hyem bruma a breuitate dierum.
Pruma ignem retenet: sed mortua carbo uocatur.
Persimilisq; niui fertur ros mane pruina.

¶Bulga: Folliculus: Mantica uel Crumena.

¶Bulga: aut folliculus: uel mantica: siue crumena:
Succulus a nobis censetur scorteus esse.

¶Bulga ut No. ait: est folliculus omnis: quem &, crumenam ueteres appellauerunt. Et est sacculus ad brachium pendens: Luci. vi. Sati. Bulgam: & quicquid habet nummorum secum habet omne. Cum bulga cœna:: domini: lauat. omnis in una spes hominis bulga. Idem. xvi. Ita ut quisq; nostrum e bulga est matris in lucem editus. Idem igni. mantica. Persius. Sed præcedenti septatur mantica tergo. & idem, signifi. crumena. Plautus, Age absolue atq; argentum numera: pernumeratum est: tene crumenam. idem in asinaria. Vinginti mine hinc sunt in crumena.

¶Burdo: Hinulus: Mulus:

¶Ex asina quem gignit equus burdo: ac hinulus sit:
Hinulus & ceruæ est asino pater mulus equarum,

¶Cachinus: Cachino: & Cachinor.

¶Fusus erit nulla risus cum lege cachinus:
Inde cachino uenit: nomen: uerbumq; cachinor.

¶Cadere.

¶Quod cadit id rouere: atq; mori: & contingere fertur.

¶Cadere ut No. inquit sig. ruere. Ver. primo in geor. Illa cadens raucum per cuia murmura saxa ciet signi, mori uel occidere. idem cadit & Riphus iustis/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52

ſimus unus: qui fuit in teucris: ſignificat contingere uel euinire, Ci. nec præter
ſapientem cadere in quenquam poteſt.

ℭ Cæcus: Luſcus: Lippus: Strado: Luſcitius: Luſcioſus.

¶Lentus ut No. ait. flexuosum aut mollem sig. Ver. Lenta salix quantum pal/lenti cedit oliuæ tardum. Ci. de republica. Marcellus qui tum tacebat: pugnax maximus ut cõsideratus: & lentus ut scitis dici solebat tenacẽ. Plau. quã lentum est & uisco simille. Idem in menechmis lenta uincla sunt escaria. Frigidũ ut Ser/uius. ait. Ver. Noctis lentus non deficit humor. Facile. ut No. ait. Lucillus quot ta senex crassi pater magnꝰ trico fuit nummarius soluere nulli lentus. occiosum seu securũ. Verg. Nos patriam fugimus: tu tytire lentus in umbra. In composi/tione autem plenum sig. ut somnolentus temulentus. & similia.

¶Lepus: Lepor.

¶Est animal lepus: in uerbis lepor apta uenustas.

¶Lætus: & lætum.

¶Lætum hilarem dicunt fundentem gaudia mentis.
Festinum aut alacrem: plenum pinguem: atq; feracem.
Et lætus locus est: lætos faciens habitantes.
A lato est lætus: Lætum autem de leo uerbo.
Aut lethum a lethe: quæ obliuio dicitur est mors.
Extremum aspirat: tenuem leo. t. dat habere.

¶Letus a lato deducit': qa q læti sunt dilatare quodammodo prægaudio faciem uidẽtur sig. qꝫ lætus eum: q hilaritatem quam intus habet: etiam uultu ostendit. Lætari. n. ut Lau. ait ꝓprie est extrinsecus: gaudere uero intrinsecus. Ver. uixe cõspectu siculæ telluris ĩ altum uelle dabãt læti sig. festinum: uel alacrem. Ala cer. n: est q præ gaudio est euasi aliis acer. Ver. Impio læti parent: & iussa faces/sunt. plenum Idẽ læta magis pressis manabunt uberẽ mammis pinguem. Idem qd faciat lætus segetes feracẽ. Idẽ glãde sues læti redeunt: & lætus appellatur q nos lætos facit: sicut tutũ locũ dicimus: cui nos tutos reddit: sic lætam porticum dicimꝰ. Lætum aũt genere netro a leo uerbo quo ueteres usi sunt ꝓ deleo: mor/teꝗ sig. qm̃ mors oia deleat: uel lethum cũ aspiratione a græco lethe: quæ obli/uionem sig. quia mort omnium nos obliuisci facit: quæ in hoc mundo sunt.

¶Libera: & litare.

¶Oscula qui leuiter tetigit pateramq;: dapesq;.
Libat: uel superis qui munera portat: & offert.
At qui sacrificat Litat: & qui numina placat.

¶Liber: libertus: & libertinus.

¶Sit liber hic libri codex: & in arbore cortex.
Baccus liber erit: quiq; est non corpore seruus.
E seruo liber factus libertus: & idem.
Libertinus erit: fixum idq;: hoc mobile semper.

¶ Liber bri igtō prima bre. codicē sig. Oui. parue nec inuideo sine me liber ibis in urbē. & ēt corticē q̄ ligno adheret. Ver. nec si quum moriens alta liberaret in ulmo. Liber uero quod liberi in gtō facit: & habet pri. lon. bacchū deum sign. Ver. liber & alma ceres: ex eo dictus: ꝙ libertatis deus apud maiores habitus est: ut Ser. ait & aliq̄n ꝓ ipso uino ponit. & signi. eum q nulli subiectus est. Mar. in te q dicit Cottile liber homo est. Libertus dicit q e seruo liber factus est. Vlpian⁹ eum libertum diffinit: quē qs e seruitute ad ciuitatem Romanā ꝓduxit. estq3 libertus substantiuum libertinus autē adiectiuum est: & eiusdē cū liberto significatiōis cuius relatiuū est ingenu⁹. Dicimus ergo aliquē esse seruum: uel lebertū Ingenuum uel libertinum: & idē est dicere se natū libertino patre: q̄lis fuit Horatius: ac si diceret ex patre liberto: hoc est q quum seru⁹ fuisset: libertus deinde factus est: nam indocte id dictum est libertinum esse ex liberto patre creatum.

¶ Lima: limax: limes: limen: limus.

¶ Quæ radit ferrum; lima est: hic cochlea limax:
Terminus est agri: transuersaq3 semita limes.
Infermum ac superum retinebit ianua limen.
Interiorq3 domus pars est: ingressus & omnis.
Hic limus cœnum: obliquus sit mobile limus.

¶ Lima instrumentū est frabrile ut Var. inqt: quo poliunt cætera. Limax cis: genere masc. aīal est notum: dictum a limo, quod est erado & aufero. eo ꝙ querat semp ut auferant. Colu. implicetus cōcle limax: hirsutaq3 cāpe: limes itis sig. terminum agri. Ver. limes agro positus. interdum uiā trāsuersam ut Fest. asserit. Limen non solumq3 subpedib⁹ est: sedēt ꝙ supius est ingressus: ut Nonius. ait: & ut Ser. ait est interior pars dom⁹. Ver. penetrāt aulas & limina regum. & ois ingressus. Ve. limē erat ceceq3 fores: & pui⁹ usus & ēt sig. locū stādi ut idē. No. ait Ver. Corripiunt spacia audito limenq3 relinquūt. Lim⁹. m. g. cœnum. sig. Ver. limus ut hic duresit: & hæc cæra liq̄scit. lim⁹. ma. mum adiectiuū obliquum sig. & oblique spectātem. Ter. ego. limis specto oculis: sic per flabellum clanculum.

¶ Loco.

¶ Constituet, nuptumq3 locans dabit atq3 reponet,
Et præcio facienda dabunt: uel habenda locantes.

¶ Locare est ostituere. Ver. hic alta theatri fundamēta locāt alii. Nuptum dare siue marito dare: ut No. ait. Plaut⁹ uirginē habeo grādē dote cassam: atq3 illocabilē: Ter. ꝙ si filiā suā unicā locaret. reponere. Plau. dum aulā domi locatā perquirit ablatā reperit: p usum alicui⁹ rei ꝑtio cōcedere. Ci. uxoris fundus erat colono locatus. uel opus faciendū pretio dare Ci. uel ꝙ locatio ipsa ꝑtiosa ut ait No.

¶ Lustro.

¶ Circuit: illustrat: circunspicit: expiat: atq3
Perspicit; & sequitur: scortatur deniq3 lustrans.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52

¶Lustrare ut No. ait est expiare aluendo: hoc est soluendo & liberando. Ver. & quum lustrabimus agros Circuere Idem Lustrat Auentini montem illustrare. Idem postera phœba lustrabat lampade terras orta dies. Circunspicere. Verg. omnia collustrans hanc primum ad littora classem conspeci uenientem. Ci. in tuscu. ego ducem omnia collustrãtem oculis perspicere seu agnoscere. Ver. Ille os oculosq; loquẽtis Iam dudum: & totum lustrabat lumine corpus. Cic. offici. Sed quum omnia ratione animoq; lustraueris. Sequi. Verg. At mecũ raucis tum uestigia lustro. scortari. Plau. Lustrãtur: comedũtq; quod habẽt. Lucilius: quem sumptum facis in lustris circum oppida lustrans.

¶Lustrum.

¶Lustrum annos signat quinos sedemq; ferarum.
Cuius ad exemplum: lustrum dixere lupanar.

¶Lustrũ tempus quinquennale signi. ut Varro inquit a luendo. i. soluendo: q quinto quoq; anno uestigalia & tributa per censores soluebãtur: uelut Seruius ait: quia post quinquennium una quæq; ciuitas lustrabatur. Significat etiã sedẽ siue habitacula feratrum. Verg. Nõ absunt saltus: ac lustra ferarum. Idem quũ uitam in siluis inter deserta ferarum lustra: domosq; traho. Et lupanar. Plautus liberis lustris studet. Ci. in philippicis uino lustrisq; confectus.

¶Malus: & Malum.

¶Hic mihi uela gerit malus poma hæc tibi malus.
Hoc malum est pomum malus est sed mobile paruus.

¶Mãneo.

¶Expectat quicunq; manet: tum dico manere.
Qui remanet: sistitq; loco: uel fixus inhæret.

¶Manere expectare sig. Plau. ego hic te manebo Ver. Te turne nefas: te triste manebit supplicium. remanere. Ter. tñ ut ibi remanere reperit Plautus. Ah q̃to amplius uelerẽ: si hic maneres loco sistere. Ver. manet iperteritus hoste magnanimum expectans. fixum in gærere. Ver. manet alta mente repositum. Iud. p.

¶Manus.

¶Turba manus fertur: pars corporis: atq; potestas.

¶Manus turbã seu multitudinem sig. Verg. hic panus ob patriã pugnãdo uulnera passi. interdũ partẽ corporis sig. in qua digiti sunt dicta ex eo q a brachiis manet. Ver. q nr̃æ uenere manus. Ouid. uix bene barbarica græca notata manu. Et manus potestas dr̃. ut quum dicimus. In manu est. i. in potestate.

¶Mentiri & Mandacia dicere.

¶Mentitur qui alium fallit: nec fallitur ipse.
Fallitur haud credens falli mendacia dicens.

¶Inter mentiri & mendacia dicere: No. hanc differētiā ponit ex. P. Nigidii au/ctoritate. ꝙ mentiri sit alium fallere: & seipsum non falli. At Mendacia dicere sit: quum quis id asserit: quod uerum credit: & tamen fallitur.

¶Ministerium: & Misterium.

¶Esse ministerium famulatum scito: & minister.
Quem facit: a mystis misteria sunt sacra dicta.

¶Inter ministerium & Mysteriū hoc distat. ꝙ ministeriū a manibus deriuatum ꝓprie sig. obsequētiā: & opam ministri. Et p metaphorā ēt ꝓ q̄cūq; actiōe ponit̄. Ver. de rege latio. Auersusq; refugit fœda ministeria: mysteriū uero a myssis de/riuatū. Myste. n. græce dicuntur sacra discētes. sig. sacra siue arcana & misteria.

¶Mola.

¶Est mola: qua molimus: dum circumfertur in orbem:
Far tostum sale conspersum Mola: dictaq; sacris
Victima qua aspersi culterq; focusq; solebat.

¶Mola a moliēdo dicta: quia mola℞ motu eo cōiecta molliuntur ea est: q̄ grana molunt̄ & sig. ut Fe. ait far tostū sale ospersum. ꝙ eo mollito hostiæ aspguntur.

¶Moles.

¶Forma rei moles: fertur cuiuslibet ampla:
Pondus item: & portus qua excluditur æquoris æstus.

¶Moles dicitur proprie magnitudo cuiusq; rei. Verg. vi. æne. Totāq; infusa p artus meus agitat molē. i. magnitudinem mundi: & in secundo qno molem hanc inanis equi statuere. Sig. etiā pondus seu difficultatem. Vergi. tantæ molis erat romanā condere gentem. Item sig. materiam illam saxorum: uel alterius rei quæ opponitur fluctibus: & estui marino ad portum tutelam Hor. contracta pisces æquora sentiunt: Iactis in altum molibus.

¶Molio.

¶Molitur facit: ædificat: parat: atq; cubernat.

¶Moliri q̄q̄ pro uarietate appositi uarie exponatur: sæpius tamen est facere. Ver. Inde datum mollitur iter. Edificare idem. Moliri arcem. Parate idem clas/semq; sub ipsa: Antandro & phrygiæ mollimur montibus ide. Gubernare. Idem & manibus mollitur habenas.

¶Mollis.

¶Mollis opportunum: placidum: leue: dulce: solutum:
Maturum facile: & tenerum: domitum que notabit.

¶Mollis opportunum & tempestinum significat. Ver g. sola uiri: moles aditus & tempora noras. placidum. Ci. Hānibalem iuueniliter exultātem patienti a sua molliebat. Leue uel contemnendum. Verg. tua. Meconeas haud mollia iussa. dulce uel iucundum. Idem Mollesq; sub arbore somni. Solutum uel effœmi/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52

natum ut mollem iuuentutem: mollem hoiem dicimus. Maturum, Verg. casta/ neæ molles: & ut uina mollia appellamus: defecata: & asperitate carētia facile. Verg. Molliq3 iugum dimittere cliuo: & in geor. Castaliam molli diuertitur or/ bita cliuo. Tenerum contrarium duro. Idem Mollibus est ratis para ad fabrila surgit: Domitum. Idem Belgica uel molli melius ferret esseda collo.

¶Moriger: Moratus: Morosus.

¶Moriger obsequitur, moratus moribus undat.
Difficilis querulus ue solet morosus haberi.

¶Nauci.

¶In glandis nucis in medio membranula nauci est.
Aut oleæ nucleus; fuerit nucis atq3 putamen:
Pro nihil accipitur: Nam Plautus nauci homo dixit.

¶Nebulo.

¶Et nequam & fallax Nebulo: uanusq3 putatur.
Sit quia non pluris nebula eum: quam percita uentum.

¶Nebulo ut festus inquit nequam hominem: uel fallacem: ac uanum signifi/ cat & idem sentit Nonius: eo q non pluris sit quam nebula: uel quia mollis aut inanis ac uacuus sit: ut nebula qui & alio nomine tenebrio appellatur. Teren. Nebulonem hunc certum est ludere. Luci. nugator qdem: ac nebulo fit maxi/ mus. multo. Ver. Mar. curius consul quem delectum haberet: nec citatus tribu/ nus respondisset: uendidit tenebrionem.

¶Nepos.

¶Ille nepos mihi sit; quicumq3 auus ipse putabor.
Natus is est nati; ceu post mihi natus ab illo:
Estq3 ex fratre nepos dictus mihi siue sorore:
Quem meus aut frater: soror aut mea protulit ex se
Tum descendentes omnes dixere nepotes.
Fertur & ille nepos qui uiuit luxuriose:
Rem quia tam curet: quam cui pater atq3 auus extant.
Eq3 nepa hunc alii dicunt; quæ scropius esse.
Creditur: & genitos a sese deuorat omnes
Dempto uno qui se matris sub clunibus addit.

¶Nepos ut Festus inqt & Pris. dr filius filii quasi natus patri post filium Dici/ tur etiā nepos filius fratris uel sororis sed addim⁹ semp ex fratre uel ex sorore ut hic est mihi nepos ex fratre uel nepos ex sorore. Et nepotes ēt generaliter pro posterioribus aut descēdentibus usurpat̄. Vergil. forte. recensebat numerum ca

rosq; nepotes. Nepos ēt dr̄ luxuriose uitæ homo. ut Acron No. & idē Fest⁹ inquiunt: eo ꝙ non maior ei sit rei suæ familiaris cura: q̄ cui pater atq; aus adhuc est iin. qa nullā hn̄t libertatē ut pote q patri atq; auo subiecti sunt multo plura cō sumunt. q̄si ipsi reꝝ domini essent & res sua ageretur. Aliq aūt dicūt nepotem in hac significatione deriuari a nepa: q̄ idē est: ꝙ scorpi⁹. Pl u. retrouersum cedā ad parietē: imitabor nepā. hui⁹ autē naturā eē inqt. Pli. ut ēt natos suos deuoret ex/cepto dūtaxat uno: q se sub mr̄is clunib⁹ abdit: & sic i illo repatio gn̄is cōsistit.

¶Nympharum diuersa nomina & loca.

¶Nereidas dixere maris. Dryadasq; uocarunt.
Syluarum ac nemorum: Sed hamadryades simul ortæ:
Cunq; suis pariter capiunt fata ultima truncis.
Naiades fluuiis uel fontibus: atq; napæe:
Montibus at ovmphæ uersantur Oreades altis.

¶Nymphæ marinæ Nereides appellātur a Nereo matris deo: qui illas ex dori sorore & cōiuge dr̄ genuisse. Dryades syluaꝝ & nemoꝝ nvmphæ sunt: dicte a Drys quod apud uet eres græcos oēm arborem significabat. q̄uis postea ꝓ q̄rcu tm̄ accipiat̄. Hamadryades q̄ eum ipsis arboribus simul nascuntur: & moriūtur ab hama qđ sig. simul & drys arbor. Naiades & Napææ fontium uel fluminum sunt a uerbo græ. Nao quod sig. fluo: he a græcis Naiades a nostris Naiades di/cuntur. Oreades montium nymphæ sunt dicte ab Oros: quod montē significat.

¶Nomen: Prænomen Cognomen.

¶Id nomen retiuet proprium: quod quisq; uocamus.
Præpositumq; illi: Prænomen dicitur esse.
Cumq; illo adiunctum semper Cognomen habeto.
Sue magistratus: uitium: discretio uirtus:
E uentus: siue ars: siue id Cognatio reddit:
Lucius: ut Paulus: fabius Cantator amyntas
Pastor: Vergilius Maro. Tarquiniusq; superbus.
Fama quoq;: & laus est: & gens aut factio nomen.
Agnomen fugias quod subticuere diserti.

¶Nomen dicitur a nosco: qa per id qcqd noīamus agnoscimus: & ut No. ait est ꝓpriū uocabulū singuloꝝ. Veg. Nomen aui referēs priamus. Idē. Cui noīa mille: mille nocēdi artes. Et nomē signi. famam seu gloriā. Idē Et nos aliqđ no/menq; decusq; gessimus. Interdum laudem seu decus. Idē. Auulsumq; hemeris caput: & sine nomine corpus: aliquando gentem: seu: factionem. Idem nostrum ꝙ in nomē itur as. Prænomē id dicitur: quod nomini ꝓprio præponitur. Et co/gnomē, ꝙ cū noīe ponit̄: hoc est quod seqtur ad nomē: q̄cumq; id cā fiat & siue magistratus: siue uicii: siue differētie: seu uirtutis seu cognatioīs gr̄a: seu demum

ab euentu aliquo ut in exemplis in contextu appositis. Lucius.i.n. pnomen est: quod alias Public⁹: alias Eneus dicit: & id qdem semp præponitur. Cætera uero sequuntur: ut Fab. contator Amyntas pastor. Ver. Maro. Tranqnus superbus Nam id penitus explodendum. Agnomen ab euentu addi: quod quidem est uanissimum. Nec uox illa agnomen apud idoneos autores facile reperietur.

¶Notus: Nothus: & Spurius.

¶Cognitus est primam longans: & mobile notus.:
Corripiens fixumq; notus sed dicitur auster.
At nothus aspirans infami est editus aluo.
Incerto spurius fertur genitore creatus.

¶Notus. a. uni. prima longa participiū est a uerbo noscor ris & sig. cognitum Iu. Nota magis nulli domus est sua. Notus. ti. m. g. qui græ. notos dicitur. uentus est alio noie. Auster nominatus a latinis & habet pri. brc. Ver. una eurusq; notusq; ruūt. Nothus uero cum th. & prima item bre. græce notos dicitur. & sig. eum qui sit genitus ex matre ignobili: siue ex adulterio. Spurius autem dicit qui ex incerto patre genitus est: unde & uersus spurios apoellamus: qui sunt incerti auro. Auso. quinq; nota spuriis uersibus apposuit.

¶Noxa: Noxia: & Noxius.

¶Delictum & culpa est noxia: & damnum: atq; periclum
Ac Pœna: Interdum fertur quoq; noxia culpa.
Sed de more noces tibi mobile noxius esto.

¶Noxa. ut apud iurisconsultos est: omne delictrm sig. unde noxales actiones nominātur a noxa: hoc est maleficio & peccato ferurq; significatq; culpam: damnum: & periculum ac pœnam. Ouidi. inuidiā noxæ detrahit illa meæ. i. culpæ Verg. unius ob noxiam. i. culpam. Oui. nocte nocent pore: sine noxa luce bibūtur. i. sine dāno. periculum: uel detrimentum Colume. nebulas ac pruinam sine noxa præfert. i. sine periculo. Ouid. uerba fides sequitur: noxæ tibi debit⁹ hostis spargit effuso cornua bacche mero. noxæ. i. pœne. Quintilia. Alebat deuotum corpus: & inter debita noxa mancipia contempsimus tyro gladiator. i. pœne. Noxia autem etiam interdum substātiue pro culpa usurpatur. Plautus in mercatore. nihil magis manifesto teneo. Iu noxa es. Idem uacuum esse isthac te ætate his dicebatur noxiis. Idem in bacchidibus Sat sic suspectus sum quum careo noxia. i. culpa. Idem inpœnulo. siue te uerbum item: ut tu mihi fecisti. ob nullā noxiam. sed sepius noxius. a. um. adiectium est: & nocentē sign. Ouidius Noxia mille modis agitabitur umbra: tuasq; cacus in pœnas ingeniosus erit.

¶Nuccs: & mala.

¶Omnia poma nuces appellant cortice duro.
Quæ quod edatur habent intus: sed mala tenere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52

Durum intus: uerum quod edatur de ſuper aiunt;

¶Nuere: Anuere: Innuere:
Nictare: Nutare.

¶Naribus aut labiis nuimus ſimul: annuimuſq;.
Innuimus facie atq;. oculis nictare ſolemus.
Nutamus capite: & nutat quodcunq; uacillat.

¶Numen.

¶Nunc deus eſt numen: numen quãdoq; poteſtas.
Ipſiuſq; dei perhibetur ſæpe uoluntas.

¶Numen deum. ſig. Ver. Spero eqdem mediis: ſi qd pia numina poſſunt: ſup/plicia hanſurum ſcopulis. Mar. ſi genitum nomen credite. Numen poteſtatem ſig. quem ad modum dicimus in uno deo plures eſſe poteſtates, Ver. Muſa mihi cãs memora quo numine læſo. Nam iuno & lucina appellatur: qa partibus præſit: & pronuba quia præſtat nuptiis & curetis: quia curru & haſta utatur &c. Numen etiam uoluntatem dei ſig. Ver. non hæc ſine numine diuum eueniunt.

¶Nutus.

¶Deq; oculo: capite: atq; manu: tu dicito nutum.

¶Obitus.

¶Auentum occaſumq; obitus: mortemq; notabit.

¶Obitus aduentum ſig. ut Nonius inquit. Turpilius & quis eſt qui interrum/pit ſermonem meum obitu ſuo ſig. occaſum Vergi. Nec fruſtra ſignoꝝ obitus ſpeculamur & ortus. Mortem: Iuuenalis diciq; beatus ante obitum nemo ſu/premaq; funera debet.

¶Oblitus: & Oblitus.

¶Oblitus eſt maculis turpatus: ab oblino ductum.
Immemor oblitus ſed ab obliuiſcor habetur.
Corripis in primo: mediam producis in iſto.

¶Occido: & occido.

¶Occido mediam longans de cædo necabit.
Occido ſed morior breue: de cado ſcito notare.

¶Odoratus: Odorus: odoriſequus.

¶Quicquid odoratum eſt: alieno ſpirat odore.
Si quid olens per ſe fuerit: dicetur odorum.
Fertur odoriſequus: quiſquis ſectantur odorem.

¶Inter Odoratũ & Odoꝝ hoc differt: ꝙ odoratum dicitur aliunde odorẽ tra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52

hens: ut tēplum odoratum thure & floribus in ipſum impoſitis. Odorū uero dr̄ qd' pſe olet: & ex ſe odorē mittit: ut flos roſa liliū crocum &c. Odoriſequus autē dicitur q odorem ſectatur: ut canis: q ēt odorator dici poteſt: & olfaticus.

❡Olympus: & Olympia: & Olympias

❡Et cœlum: & montis nomen ſignabit Olympus.
Quinto quoq; anno factos ſed Olympia ludos.
Quinq; uelut luſtrum deſiguat Olympias annos.

❡Olympus mons thraciæ eſt: tāte (ut aiunt) altitudinis: ut nubes ſupet: cacumine, unde q̃ſi olon lampon dictus eſt. i. tot⁹ ſplendens: qa quū nubes ſuperet. nullis nubib⁹ offuſcatur. Luc. Nubes excedit olymp⁹. Et qa propter eius altitudinem accolæ illum cœlum dicunt. Inde factum eſt ut olymp⁹ pro cœlo accipiat̄. Ver. & totū nutu tremefecit olympum. Idem panditur interea domus omnipotentis olympi. Olympia uero generis nutri & numeri pluralis ludi eram: q in honorem Iouis olympici apud piſam & hellidem græce oppida celebrabant̄: hoc eſt gymnicū certamen: qd' quinto quoq; anno fieri ſolebat unde hæc olympias dis. uel dos in gtō: dicit̄ ſpacium quinq; annoꝝ: ita uocatū apud græcos a ludis illis quinquennalib⁹: quēadmodum luſtrum apud latinos ſolutione uectigalium: uel luſtratione ciuiuatum de quibus ſupra in uocabulo luſtrum dictum eſt.

❡Onager: Laliſio.

❡Silueſtrum in græcis onager mihi dicit aſellum:
Pullus ab hoc latia tener eſtq; laliſio uoce.

❡Onager græcum nomen eſt. & ſig. ſilueſtrē aſinum. onos. enim græ. aſinum ſignificat: agrios uero agreſtis uel ferus. laliſio autem latinū eſt nomen & ſigni. pullum onagri. Mar. Dū tenér & eſt orager: ſolaq; laliſio matre paſcitur: hoc infans: ſed breue nomen habet.

❡Opera: Opus.

❡Hæc opera officium eſt: atq; actio: uel labor ipſe..
Aſt operæ finis: fruſtuſq; opus eſſe putatur.
Sæpe operas ipſos operantes Roma uocauit.

❡Inter operā & opus Lau. dicit id intereſſe: ꝙ opera officium ſig, diurnum: ut Vlpianus ait: nel actionem, aut laborem ipſum. Ci. de. offi. operam exigendā. i. laborem uel operationem corporis dicit. Plautus in Gaſſina, una edepol opera furnum callidum condit. Opus autem finis fructuſq; operæ eſt: unde opera in autorum dicuntur: & opera publica de edificiis appellamus operas etiam Romani interdum appellant ipſos operantes. unde dicimus decem operas ſufficere adiugeri conſitionem uel repaſtinationem. Horatius. Ocyus huic te Ni rapis accedes opera agro nona fabino.

❡Ops: Opes: Opulentus: Optimus: Opis.

❡Ops terra eſt: ſiat quod in hec opus omne: uel illa.

Quod ſit opus uitam ducentibus: ipſaq; diua eſt.
Saturni coniunx: caſus inflexa per omnes.
Auxilium patrio caſu: ferturq; falcultas.
Auxilium pariter quarto: ſextoq; notatur.
Diuitiæ: auxilium: plurali ſiue facultas.
Hinc opibus fertur multis opulentus habundans.
Oſtia pinguis item: & ſpolia ampla feruntur opima.
Ops & opis recto tamen eſt: correptaq; prima.
Nereidumq; opis: cui longa eſt prima: ſit una.

¶ Ops ut inqt Var. dr̃ terra ſic dicta: qa in ea fiat omne opus: uel qa opus ſit ea oib⁹ uiuẽtibus: & ut Feſtus ait ſig. terrã & Saturni coniugem: & declinatur tunc per oẽs caſus. Opis etiã in caſu gtõ pro auxilio accipit̃. Oui. & opus nulli⁹ egentẽ fortunam preſtent diſſimileq; meę: & pro facultate ſeu poſſibilitate. Ver. non opis eſt noſtræ dido. opẽ quoq; in accuſatiuo pro auxilio dicimus. Ouid. de ponto. & nihil inueniq̃d mihi ferret opẽ. & ẽt ope in ablatiuo ꝓ auxilio utimur Verg. hinc ope barbaria uariiſq; Antonius armis. In plurali uero opes ꝓ diuitiis. Vergilius Auxilio totus dimittam: opibuſq; iuuabo. Idẽ Sidoniaſq; oſtentat opes & ꝓ auxilio Plau. in caſſina. neſcio unde auxilii præſidii ꝑfugii mihi: aut opum copiam cõparẽ aut expetam. & ꝓ facultate ſeu poſſibilitate. ut nõ eo uſq; ſe extendunt opes noſtre: ut uobiſcũ decertare poſſimus. Ab ops aũt q̃ terram ſigni. dicitur apulentus ut Feſtus ait, qa opulenti terreſtrib⁹ reb⁹ ſunt copioſi & etiam oſtiæ pingues opimæ & ſpolia ampla opima dicuntur. Ops etiã & opis in caſu nominandi profertur. unde apud. Oui. Sic Saturnus opim iu■ctã ſibi ſanguine duxit & habet o breuẽ. Opis etiã dicitur fuiſſe nympha una nereidum & tunc habet primam longam. Ver. in geor. Atq; epyre atq; opis &c.

¶ Orgia.

¶ Orgia ſacra deum ſunt omnia: quod celebratum.
Diuinus quidam menti furor eſſe putetur.
Quanquam & Abuſiue Bacchi iam ſacra uocentur.

¶ Orgi, græ. iram uel furorem ſig. & orgizo iraſcor uel furore premor. Inde; orgia plurali numero tantum pro omnibus deorũ ſacris accipiuntur: quia diuino quodam furore perciti uideantur eiuſmodi ſacra exercentes: quãquam abuſiue orgia iam fere dicuntur tantum bacchi ſacra q; illis præcipue furore capiti & attoniti ſacrificantes uideantur.

¶ Oro: Exoro: Adoro: Peroro.

¶ Oro deo: hominesue: præcor quum duxero ſignat:
Cum re ſi iungam tantum peto dic ſibi uelle.
Impetrat exorans, animo ueneratur adorans.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52

Sermonem cœptum claudens orando perorat.

¶Oro quãdo cũ homine seu deo iungitur sig. præcari. Verg. talibus orantẽ dictis arasq; tenentẽ. Ci. hunc te per tuã pietatem oro: atq; obtestor. Quando uero iungitur cum re sig. petere. Ver. unum oro: quando hic inferni ianua regis dicitur Plau. Regẽ addic uitã orat Exorare est orãdo impetrare. Ter. sine te exorẽ. adorare proprie est animo uenerari. perorare autem est orationem concludere.

¶Palma.

¶Palma arbor: palma estq; manus: uictoria palma.

¶Parco.

¶Abstineo: seruo: depono: desino: parsi

Parco notat faciens. ueniam do quando peperci.

¶Parco sig. abstineo ut parce præcor lachrymis. parce sumptibꝰ sig. seruo. Ver. Argenti atq; auri memores q̃ multa talenta natis parce tuis Depono Idẽ parce metu cithera & desino Idẽ parce scelerare manus: & tunc facit in ptõ parsi: ut inquit Do. Quando autem facit peperci ut idem inquit sig. ueniam do.

¶Parcæ tres.

¶Tres parcæ Clotho: lachesis sunt: Atropos inde:

Quæ uitam a primo statuunt mortalibus ortu.

Prima colum gestat: trahit altera: tertia rumpit.

¶Patruus: & auunculus.

¶Sit patruus frater genitoris. Auunculus autem.

Frater erit matris pater illi: auus hic sit origo.

¶Patruus ut inquit Paulus iurisconsultus patris fratrẽ sig. auunculus aũt matris fratrem: & patruus dictus est a patre: quia sit alter pater: auunculus uero ut ait Festus ꝙ æque tertius a me ut auus est: sed non eiusdẽ iuris: siue ꝙ aut locum tenet: & proximitate teneat sororis similem.

¶Patulus: & Patens.

¶Quod semper patet est patulum: uelut arbor: & auris.

Sitq; oculis: uel porta patens: pro tempore aperti.

¶Patulus dr̃ qđ semꝑ patet ut arbor: auris naris. Patẽs uero ꝙ ad tp̃s patet Ver. Tityre tu patule recubẽs sub tegmie fagi. Idẽ & portas iubet esse patentes.

¶Pecten.

¶Conficit & telas: pectit lanam: atq; capillos.

Pecten & inferior pubes: piscisq;: liraq; est.

Pecten a pango: ꝙ est figo deductũ est & sig. id instrumentum quo filia in telis fingunt & ad eius similitudinẽ: illud ẽt ꝙ lanã & ꝙ capillos explicat qa utrunq; quasi loco suo figat. Ouid. Non acus abrupit: non uallum pectinis illos. Pect

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52

etiã pubem inferiorem signi. hoc est partem pudenda in hominibus. Ausonius. Transadigit coctas & pectine pusat eburno. Et est genus piscis ex cancrorũ genere: ut refert Ply. in nono & pro plectro etiam sumitur. Id autẽ est instrumentum quo fides percutiuntur. i. cordæ lyræ uel citharæ aut alterius instrumenti.

ℂPecus.

ℂNon homo: sed pecus est aliud quodcunq; animatum.

ℂPecus generale uocabulũ est ad omne genus animalium præter hoïes pertinens: & significat congregationem cuiuscunq; generis animatum Ver. de apib[9] ignauum fucos pecus a præsepibus arcent Ouidius de pecudibus & aliis aialibus hoc pecus omne meum est. Collumella. nono. De piscibus hac ratione stabulis ordinatis pecus a quatile inducemus.

ℂPericulum.

ℂSignificare uolunt discrimen: & experimentum.
Quod nisi concisum uersus cæpere: periclum.

ℂPericulũ sig. discrimẽ. Luc. bellorũ o socii q mille picula matris mecum ait experti decimo iam uincitis anno. & sig. experimentũ Ter. fac piculũ in palestra &c. Et notandum nomẽ hoc periculũ nõ facile in uersu poni posse nisi p concisionẽ. i. syncopã proferatur, dicendo periclum pro periculum ut in uersu isto apparet.

ℂPyra: Rogus: Bustum: Vstrina.

ℂEst pyra non ardens lignornm structus aceruus.
Ardentemq; Rogum combustum dicito Bustum.
Bustum etiam locus est: ubi quia combustus humoq;.
Est datus. Vstrina est nam quo tantum fuit ustus.
Busta tamen modo sunt communi uoce sepulcra.

ℂPyra ut Serui[9] inqt congeries est lignorũ: cui nũdum ignis subiectus est: intellige tamen non omnem congeriem lignorum: sed ad conburendum cadauera tantũ paratam. Ver. Constituere pyras. Idem. Tu secreta pyram recto interiore sub auras erige. Rogus, autem ut idem ait: est quum iam ardere cœperit. Vergil. Ter. circum accensos subiectisq; ignibus artis decurrere rogos. Bustum quod iam exustum Seruius ipse ait. Vergilius. Semiustaq; ferũt busta. Bustum etiam Festus afferit proprie locum dici in quo mortuus est combust[9] & sepultus: & bustum dicitur quasi bene ustum. Vbi uero combustus tantũmodo ꝙ alibi sepult[9] is locus ab urendo ustrina uocatur: sed modo busta sepulchra appellamus ut Fe. inquit. Ouidius. Conueniunt ad busta uiri.

ℂPlagæ: & Plaga.

ℂVerbera sunt plagæ: spacium plaga grande: uel agri:
Vel cœli est signantq; plangæ mihi retia rara.
Tegminaq;: aut lecti partem: totumue notabunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52

Longat prima: breuem faciuntq; ſequentia primam.
¶ Plaga & plagæ in plu. ut No. ait: percuſſiones & uulnera ſig. Ver. Plagiſq;
perēpto. &c. Sene. in Hyppolito. nō habet latam data plaga frontē: & tunc ha
bet pri. lon. Plaga autē pri. bre. ſig. ſpaciū amplū cœli uel terræ: qđ etiā tractus
dicitur. & a græcis clima. Ver. Aetherea quos lapſa plaga iouis ales apto turba
bat cœlo, & plagæ ſig. maiora retia, quibus capta implicantur: ut ait No. Ver.
Retia raræ plagæ. Cic. Sunt ne igitur inſidiæ tendere plagas. etiā ſi excitatur⁹
non ſis. Itē plaga ut idē No. ait. lineum erat tegmē grande: qđ nūc torale uel le
ctuariam ſindonem dicimus, uel pars lecti: uel totus lectus.

Pœna: Penna: Pinna: & pinnaculum.

¶ Pœna datur ſceleri: penna eſt & pinna uolantum.
Quicquid & ut penna erectum eſt ſit pinna: & acutum.
Pinnos murorum: & pinnacula ſumma uocamus:
¶ Pœna græ. uocabulum eſt: licet Varro a pendēdo dictā uelit: & ſig. ſuppliciū
quo quis ob delictum afficitur. Ver. Iam dudum ſumite pœnas. Penna uel pin
na (utroq; enim modo dicitur) eſt qua aues teguntur & uolāt. Oui. nam pennas
ambo non habuere ſuas. Idem. Icare clamabant: pennas aſpexit in undis. Apu.
li. iiii. loquens de amore. Qui pennis uolitans ſuper æthera cuncta fatigat. Idē
loquens de Venere. Et uocat confeſtim puerum ſuum pinnatum: pinnæ etiam
inquit Varro. ſumma murorum ſunt ab iis dictæ: quas inſigniti milites ī galeis
habere ſolent: quæ & pinnacula dicuntur. Et ſignificat quicqd erectum eſt: et
acutum: ut penna. & in pilleis pinnē geſtari ſolent: & in piſcibus pinnæ ſunt uel
pennulæ quibus ut pedibus mouentur.

Pomaria: & pomœria.

¶ Conſita quæ pomis loca ſunt: pomaria dicas.
Copia pomiferæ ſunt & pomaria frondis.
Aut loca pomorum lectos ſeruantia fructus.
Sed loca poſt muros pomœria dicimus urbis.
¶ Pomarium ut Lau. ſcribit locus eſt frequens arboribus pomi, aut copia ipſa
arborum pomiferarum: aut fructuum pomi repoſitorium. Pomerium autē ut
idem ait: dictum eſt quaſi poſt mœnia & ſig. locum ad muros intra & extra quo
ædificare non licet. Lu. longa per extremos pomœria iungere fines.

Populus.

¶ Corripit hic populus primam: gentemq; notabit.
Populus hæc longat: ſpecieſq; ſit arboris altæ.
¶ Popul⁹. m. g. & pri. cor. hoīm cōgregationē: & gentē ſig. Luc. Degener o po/
pulus. Ver. Ac ueluti magno in populo. Popul⁹ ēt fœ. g. & pri. lōga arboris ſpe
cies ē de q̄ Ver. popul⁹ alcida gratiſſima: uitis Iaccho. Idē Popul⁹ in fluuiis &c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52

¶Procul.

¶Dicimus esse procul quod longe est: quod prope sæpe.

¶Procul lõge sig. Ver. ꝓcul este ꝓphani. Oui. q ꝓcul extremo pulsus i orbe iacet & sig. prope ut ait Do. sup illo Ver. in Ecyra: quẽ cũ ista sermonẽ habueris procul hinc stans accepi. Ver. Serta procul tantum capiti delapsa iacebant.

¶Prora: Puppis: Sentina: Carina.

¶Prora est anterior nauis pars. ultima puppis.
Sentina interius fundum: exteriusq; Carina.

¶Prora sig. partẽ anteriorẽ nauis: puppis autẽ posteriorẽ siue ultimã. Ver. unico uersu. li. vi. ostẽdit dicens. Anchora de prora iacit᷑: stant littore puppes. Sentina uero est fundum nauis ab interiori parte in qđ defluunt oẽs imundiciæ: & qcqd humoris nauis recipit; unde ut plurimũ exit malus odor: & iccirco a sentiendo sentinã dixerũt: qa sentiat᷑ ob eius fœtorẽ. Iu. Tunc sentina grauis &c. Carina autẽ dr̃: fundũ nauis a pte exteriori: Ver. natat uncta carina: a currendo. s. dicta: qa ea pars ꝓprie uideat᷑ esse, quæ currit p aquam. licet Carina ẽt pro naui tota usurpetur. Ver, Et oẽs quattuor amissis seruatæ a peste carinæ.

¶Propter.

¶Propter aquam prope dic: propter te dicito causam.

¶Propter sig. iuxta. Ver. iiii. ꝓpter aquæ fluuium. & in Buco. propter aquæ riuum uiridi procumbit in herba: & sig. causam. idem. Te propter libicæ gentes, nomadumq; tyranni odere.

¶Pubes: puber: Impubes Impuber.

¶Pectinis hæc pubes fixum: lanugo cohorsq;
Sit iuuenum: & populus: pubes faciens genitiuum.
Hic atq; hæc pubes: puberue: sit ad generandum
Iamiam sufficiens adolescens fœmina: uel mas.
Impubes sed ad hoc contra: atq; impuber ineptus.
Es dabit is semper generans: eris effluit ex er.

¶Hæc pubes, qđ in gtõ pubis facit: & est substantiuũ lanuginẽ sig. pectinis. & p pectine ipso: hoc ẽ pte pudẽda accipit᷑. Ver. prima hois facies: & pulcro pectore uirgo: pubeten⁹ & sig. iuuenũ multitudinẽ. hor. lætaq; pubes hedera uirenti gaudeat. et populũ (ut ait Fest.) sicut quum dicim⁹ pube præsente: ꝓ populo ab iis q puberes sunt oẽm populũ significãtes: hic & hæc pubes uel hic & hæc puber sig. puerum uel puellã: siue adolescentẽ, ad generandũ sufficiẽtem: qđ tps in marib⁹ est circa annũ. xiiii. In fœminis aũt. xii. Quum. s. pubẽ & lanuginẽ illã de qua supra iam habere cœperint: puber ẽt pro lanuginoso trãsfert᷑ ad herbas. Ver. xii. æne. puberib⁹ caulem foliis. Impubes autem & impuber communis generis. & etiam hic & hæc impubes & impuber signific. eum uel eam qui adhuc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52

nõ habet lanuginem illã: & ad generãdum uel cõcipiendum est ineptus uel ine pta: q & ad genas trãsfert: faciuntq puber: & impuber: puberis & impuberis in gtõ. pubes autem & impubes: pubis & impubis. Ver. Custodẽ ad sese comitẽ q impubis Iuli. Oui. Impubesq genas: & eburnea colla decusq. Hora. insigni bus raptis puer impube corpus. Salu. puberes omnes interfici iubet. 28

¶Puer.

¶Aetatem: sexumq puer mihi gnat: eritq
Filius ac famulus pueri sub nomine prehensus.

¶Puer ætatẽ designat puerilẽ. Verg. pueri innuptæq puellæ. Sexum. hoc ẽ cõ trario nomine puellæ: ut seruius ait. filium. Ver. Tuq puerq tuus. famulũ. Te ren. etiam puerum inde abiens conueni chremis.

¶Pulso: & Propulso.

¶Percutiens pulso: & lædens propulso repellens.

¶Pulsare ẽ pcutere ut No. ait. Ver. pulsatusq parẽs. Plau. pulsabo fores. & læ dere. Ver. iiii. pulsatos referẽs i fœdo fœdere diuos. ppulsare autem est repelle re. Ter. facile ppulsabo: & quum dicim⁹ iniuriã nõ esse i ferẽdã: sed ppulsandã.

¶Puteo & putreo: putridus: putris: & putidus.

¶Quod fœtet putet: fœtens quoq putidus esto.
Quod marcet putret: & marcens putridusq putrisq est.
In primis longa est: uariatur prima secundus.

¶Puteo es pri. lon. sig. fœtere: & putridus a um. fœtentẽ et mali odoris sig. Ho ra. putet aper: rombusq recens. Idem non alia q̃ quæ bizantia putruit orca. Ci ce. putidas ac uerminosas aures. Putreo es autem sig. marcidum esse: etiã si nõ fœteat: ut in cespitibus & glebis contingit: & libris etiam a quibus per longum tempus puluis: & tineæ non excutiantur. Et putridus putrida putridum. Et hic & hæc putris & hoc putre sig. marcentem: & in his prima syllaba est indifferẽs. Hora. Cui stragula uestis blattarum: ac tinearum epulæ putrescat in arca. Co lumella pinguis ager glebas putres resolutaq terga: qui gerit. Verg. Quadru pedante putrem: Io. p. u. c.

¶Quæro & Queror.

¶Quæro inuestigo est diphthongãs: quæror ab illo.
Deponens queror at doleo: correptaq prima est.

¶Qualus: & Quasillus: uel Quasillum.

¶Vimineum uas est: cui longa penultima quallus.
Inde quasilla trahunt auctores: siue quasillos.
Prima breuis quibus est: calathos dic nomine eodem.

¶Qualus prima lon. genus uasis est uiminei: q alio noĩe Calathus dr. Ver. tũc spisso uimine qualos. & format per diminutionem quasillus: ut ait Fest⁹: dicens

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52

Calathos græci nos dicimus quasi illos: & etiam quasillum. teste Pris. Tul. i phi lippicis. An non inter quasilla pendet aurum. Et quasillus uel quasillum primã corripit. Tibullus: Sit tibi cura togæ potior: pressumq; quasillo.

¶ Quatenus & Quatinus.

¶ Temporis atq; loci dic quatenus esse quousq;.
Quatinus at nobis quia sit coniunctio tantum.

¶ Quatenus ut acron & Caper dicunt & etiam Ser. & Festus: aduerbiũ est tẽ poris uel loci. sig. quousq;. Cic. & enim quatenus amicitiæ dari uenia possit. Et ut ait Caper quum dicimus quatenus ibimus. i. quousq;. Quatinus autẽ coniũ ctio est causalis: ut quatinus hoc sine plagis non facis: eum tibi plagas. Iuuena. quatinus hic non sunt: & ueniales elephanti idest quia.

¶ Quiane: & Quianam.

¶ Reuera est quiane: ut quiane iuuat ante leuatos.
Cur quianam ut quianam cinxerunt æthera nymbi.

¶ Quisquiliæ.

¶ Quisquilias quæcunq; cadunt purgamina dico.

¶ Rabula.

¶ Arabie rabulam dixerunt litigiosum.
Patronumue fori: latrent quia uoce canina.

¶ Radius.

¶ Qua geometra notas signans in puluere uirga
Vtitur: est radius: Radios rota fertur habere.
Sunt oculi: & solis radii: telas quoq; texunt.
Tum genus oblongæ Radius uulgatur oliuæ.
Abradiq; solet radio mensura superne.

¶ Radius uirgã sig. philosophorũ: qua geometræ lineas indicãt. Verg. Descrip sit radio totũ qui gẽtibus orbẽ. Item radii rotarũ dicunt. Idem hinc radios triue re rotis. Radii etiam splendores solis sunt. Varro. O summe sol qui totam hanc mundi compagem tuis radiis illustras. Item sunt oculorum fulgores. Pli. cuius ex oculis radii nocte micantes cernuntur. Gel. Stoici causas esse uidendi dicunt radiorum ex oculis: in ea que uideri queant emissione. & radius instrumentum est textoris. Ver. excussi manibus radii: reuolutaq; pensa: & est radius genus oli uæ oblungæ. Ver. nec pingues unam in faciem nascuntur oliuæ orcades & ra dii: & amara dausia bacca. & radius instrumentum est quo raduntur mensuræ quod alio nomine dicitur hostorium. Pla. dii deæq; omnes tantam nobis læticiã & toto gaudio sine radio cumuletis.

¶ Riuales.

¶Riuales dicuntur: amant qui rem simul unam.

¶Rubigo.

¶Rubigo absumit ferrum: culmosq; molestat.
Et fuerat dea: pro culmis cui sacra ferebant.

¶Rubigo dr̃ quæ & ferrugo hoc est ferri scabies: q̃ ex diuturno situ cõtrahit̃ Luc.i.& scabros nigræ morsu rubiginis enses.& genus est uicii quo culmi pereunt. Ver.in ge.ut mala culmos esset rubigo.& dea cui sacrificia faciebãt pro culmis: ne eos rubigo occuparet. Oui.flamen in antiquũ lucũ rubiginis ibat.

¶Sacer.

¶Dicendus sacer est uenerabilis: atq; scelestus.

¶Sacer uenerabilẽ sig. Ver. Extulit hoc sacrũ cælo.& scelestum siue execrabilem. Ver. Stabat sacer hircus ad aram.alibi. Auri sacra fames.

¶Sagio: Præsagio: Præsagus: Saga: Sagax.

¶Sagit homo: ut scribit Cicero: qui sentit acute.
Qui nundum oblatum sentit: præsagit & illa est
Mens præsaga mali: quæ sentit damna futura.
Saga anus hinc est scire uolens quamplurima uel quæ
Est hominum indagans luxus: sacrisq; perita.
Estq; sagax homo: uel catulus solers & acutus.

¶Saga ut Fest⁹ ait, Est mulier perita sacroꝝ & sapiens: Non.uero addit. Sagæ dicunt̃ fœminæ ad libidinẽ uiroꝝ indagatrices, habetq; pri.long. Mar. Exorat noctes dũ mihi saga tuas. Saga autẽ prima bre.& omnis ge.est.ut ait Festus signi.solertis acuminis.unde etiã canes indagatores sagaces sunt appellati.

¶Saltim: Saltem.

¶Per saltus dicas saltim: minuendoq; saltem.

¶Scintilla: Fauilla.

¶Scintilla ignita uelut ex se scissa: sit ardens.
Quod ignem tectum foueat: defuncta Fauilla.

¶Scobs: Scrobs.

¶Scobs sordes plantis scrobs fossa est apta ferendis.

¶Hæc scobs bis: eum presertim puluisculum qui ex lignis fit a uermiculis quibusdã corrosis signifi.metaphoricos autem: & pro omni immundicia capitur. Hora.uilibus in scopis mappis in scobe quantus consistat sumpt⁹ &c. Verg.in priapeis. Nemo uiderit hanc ut expuentem; quem pro sanguine puluerem scobemq;. Scrobs autẽ fossam sig.& est icerti generis, Oui. Est procul aggesta scrobibus tellure duabus. Plau. Ibi scrobes effodi duos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52

¶ Serra: Sera.

¶ Dic serram quæ ligna secat: sera limina claudit.

¶ Similis.

¶ Huic similis facie: similis sit moribus huius.

¶ Sors.

¶ Qua trahitur fœnus: summam tu dicito sortem:
Iudicium euentus: fatumq; immobile sors est.
Sors responsa deum: sors & patrimonia signat.

¶ Sors summã sig. cui extrinsec⁹ acqrit̃ fœnus. Ter. ẽt de sorte uenio in dubiũ hoc ẽ de ꝑcio quo empta erat fidicina. Iudiciũ. Ver. nec uero esine sorte date si/ne iudice sedes. Euentũ fortuitũ. Hora. quẽ sors dierũ cumq; dabit lucro: & fa/talẽ necessitatẽ. Ver. Hic exitus illum sorte tulit, respõsa deum. idẽ. Nunc lyciæ sortes. Et patrimonium ut ait Festus unde cõsortes & consortia dicuntur.

¶ Specula: speculum.

¶ Vnde aliquid specto speculam dixere: sed in quo
Specto aliquid speculum Romano dicimus usu.

¶ Speculũ dr̃ in quo nos spectam⁹. Oui. qd speculũ mœsta ponis inepta manu. Specula ãt dr̃ loc⁹ ex quo aliquid spectamus. Verg. Specula Missenus ab alta.

¶ Stagnum.

¶ Stantem dicis aquam stagnum: stagnumq; metallum.

¶ Stagnũ duo sig. aquã stãtẽ ꝓprie. Col. Nec q̃ stagnata palude. Perpetit̃ quæ rulæ semp cõuiuia ranæ. Ver. hic fontis stagna numici. & sig. metali gen⁹ infe/rius argento: de quo Pli. in na. hist. de plumbo & stagno tractans late differit ha betq; getiam in hac significatione, non autem duo n ut quidam dixerunt.

¶ Stare.

¶ Stat quod consistit: durat uel permanet: & quod
Erectum: positum: & præfixum est: prominet horret:
Quodq; animo sedet: & quod adest: constat: simul estq;.

¶ Stare ẽ cõsistere. Pla. sta illico. Ver. stare loco nescit. ꝑmãere uel durare mar. unaq; iã tota stabat in urbe dom⁹. Erectũ eẽ. Ver. obstipui steteruntq; comæ. po situm esse. Ver. oĩs in Ascanio cari stat cura parentis. ꝓstitutum uel fixum esse. Ver. stat sua cuiq; dies. ꝓminere. Ver. stat ferrea turris ad auras. Luc. hic corp⁹ solidum inuenies, hic stare papillas pectore marmoreo. horrere. Ver. Iã puluere cœlum stare uidẽt. Cecilius stat æger sentibus. in animo esse. Verg. stat cõferre manum. Adesse. Ver. stat sonipes. cõstare uel in precio esse. Gel. Magno eĩm ste/tit ea nocte absentem fuisse. Seneca Tanto ei stetit improuisa urbanitas. esse. Plau. stabat in portu nauis. Apuleius. Dum forte starent in taberna ludentes,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.52

¶Stemma: stigma.

¶Maiorum statuas appellant stemma: decusq;
Siue ornamentum est: facinus: stips atq; corona.
Stigma notam signat: punctum: aut ex uerbere signum.

¶Stēma dicunt statuæ maiorꝝ, & stēmata ēt in plu. Mar. Atria pisonū stabat cum stēmate toto. Iu. stēmata qd faciunt: & apud græ. itē quoqꝫ ea dicta est. sig. decus siue ornamentum, ut in græ. lexico uidere licet. Mart. argenti furiosa sui cum stēmata narrat. sig. & facin⁹ siue strategēa. Mar. Cæsaris atq; iouis confer nūc stēma iuuent⁹. sig. stirpem siue seriem gradus cognationū (ut inqt Paulus iuriscōsultus. per suis stēmate ꝙ tuscoramum millesime ducis: & coronā. Iulius firmicus. Magnos uiros faciet Mercurius q sacris & gloriosis stēmatibus coronentur. Home. stēmate echon en cherfin. i coronā habes in manib⁹ stigma autē notam sig. uel punctum aut signum quod ex uerbere dimittit: græcum est uocabulum a stigo uerbo deriuatum: quod est signa facio. uerbero.

¶Styps: stypes: stvrps.

¶Stvps stypis hæc merces: omnisq; pecunia dicta est.
Stypitis hic stypes terræ sit fustis inhærens.
Tum quicunq; alius decisus ab arbore truncus.
Hic aut hæc stvrps est arbor: styrps hæc sed origo.

¶Hæc styps stypis per. y. nā a stypo uerbo descēdit: id autē a uerbo græ. fit: stypho qđ obturo & stringo seu stvpo sig. merces appellat. & proprie quæ dabat in stipendium militibus, & stipatorib⁹ qui custodes corporis erant, sic dicti quia sti pati ferro circundant corpora regū. & ēt sig. omnem pecuniam, siue nummum quod ex eo patet, & quum spondet pecunia: stipulari dicitur: ita ait Festus. Hic stipes pitis, ut idē inquit festus, est terræ defixus, & etiam accipitur ꝑ quocūq; alio trunco licet nō sit terræ defixus. Ver. Stipitibus duris agitur sudibusue pustis. Styps autē incerti ge. arborē seu truncum sig. Verg. quum semel in sylvis immo de stvrpe recisum. Hora. Stvrpesq; raptas, & pecus & domos. Hæc uero styrps fœ. tantum ge. originem sig. Verg. heu stirpem inuisam.

¶Styx: & strix.

¶Styx erebi palus est: sed Strix nocturna uolucris.

